

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Collegia iuris canonici ad libros V. decretalium - Cod. Ettenheim-Münster 74**

**Gregor <IX., Papst>**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber II

[urn:nbn:de:bsz:31-108622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108622)



# Pars II.

## De competentia fori ex qualitate causa.

§ 1.

### De causa Ecclesiastica et seculari.

Causae Ecclesiasticae sunt ea, in quibus de rebus 61.  
spiritualibus, vel spiritualibus annexis agitur  
 et quae Ecclesias respiciunt, puta si quaratur  
 de obligatione voti aut juramenti, de jure  
 patronatus, sepultura, Decimarum &c. \* Et has 62.  
 ad tribunal Ecclesiasticum pertinere, nemo non scit.  
 Quae vero ex ijs solum in consequentia veniunt,  
 et mere temporalia sunt, ut si disceptetur circa  
 fructus Beneficiorum locatos, aut venditos Laico &c.  
 ad forum saeculare spectare ultro fatemur.

¶ An causa profana aliquando ad forum 63.  
 Ecclesiasticum trahi possit? R. aff. si de  
 peccato et obligatione conscientiae agatur, nec  
 in foro civili actio concedatur, vel iustitia ad-  
 ministratur; nam iudex Eccles. de quovis peccato  
 mortali iudicat, c. 13. de iudic; hinc iudex Ec-  
 clesiasticus: quidquid sit de jure civili: ob qua-  
 rumq; gravem laesionem semper adiri potest;  
 licet latius sit, si laesio non sit valde excessiva  
 ut partes repellantur, nam ratio publica utri-  
 usque Civitatis, quae in amputatione letui consistit,  
 privato alicuius comodo est anteponenda.

Similiter licet in foro Civili obligationes ex 64.  
 delicto regulariter non transeant contra



heredem delinquentis, nisi inde locupletior factus  
fit, vel lis cum defuncto contestata sit l. un. C. de  
delictis defunct. secus tamen res se habet in foro  
interno. vid. c. fin. de sepult. c. in litter. s. de  
raptorib.

65 *Q. 2.* An e converso causa Eccles. aliquando trahi  
possit ad forum seculare, si iudex Eccles. iustitiam  
non administravit? *R.* Negative per c. 17. de  
iudic. Ratio; quia si unus iudex Eccles. sit neg-  
ligens, dabitur recursus ad superiores, et ita gra-  
datim usq; ad Papam, à quo nulla causa revocari  
potest. Equidem contrarium praticari, <sup>refert</sup> ~~et~~ Covan  
pract. 99. c. 35. n. 3. ad secluso speciali privilegio hae praxis de iure  
sustineri nequit. vid. Panor. in c. 17. n. 7. Lay.  
c. 4. tr. 9. c. 4. n. 4.

66 *Q. 3.* incidenter, An Episcopus vel eius superior sit  
iudex si causa Ecclesiastica ipsa Ecclesia cathedra-  
lem concernat? Multi afferant, sed negativa  
videtur definita in c. 2. Caus. 16. q. 6.

7 Episcopum iudi-  
cem esse.

## § II.

### De causis mixti fori.

- 67 *Causa mixti fori* dicuntur, quae in utroq; foro  
tam Ecclesiastico quam saeculari ob quandam  
qualitatem, quae utrumq; forum concernit, tractari  
possunt; unde et inter utrumq; iudicem locq; est  
preventioni. Sunt autem causae istae aliae civi-  
68 les, aliae criminales. \* Ad civiles spectant i. con-  
69 tractuq; iuramento firmati. \* 2. Testamenta laico-  
70 rum, quib; inserta sunt pia legata. \* 3. Causae  
decimarum et iuris Patronatus, si in ijs laicus  
possessionem praestendat, nam licet haec causa per  
se sint Ecclesiastica; atamen possessio, cum sit  
71 facti, temporalis censeri potest. \* 4. probabilitate



postulatio restitutionis in integrum si ab Ecclesia fiat  
contra laicum arg. c. i. de in integ. restit. \* quod 72

non per via restitutionis, sed per via actionis  
Lajcus super re clerici vel Ecclesia conveniatur  
et dicat sibi esse propria, coram seculari conve-  
niri debet, quia actor fori rei sequitur. at si  
solum allegaret jus nuda detentionis in ea, cau-  
ta efficietur mixti fori arg. a contrario in c. 5.

h. f. \* 5. Cause miserabilium personarum, puta vi- 73  
duarum, pupillorum, peregrinorum, pauperum, captivorum

is h. f. \* Verum usu receptum est teste Covarr. 74  
pract. qq. c. 6. n. 1. quod tunc primum huiusmodi  
causa ad fori Eccles. spectant, si iudex primo  
instantie in administranda justitia negligens  
fuerit, ut vq. si ter ex intervallo fuerit requisitus  
et justitiam faceret, et tamen non fecit. Mysing-  
ent. 35. obs. 82. vel si summariter causa trac-  
tare noluerit. Martham in jurisd. p. 4. cas. 146.

22.  
Porro causa criminales mixti fori sunt, qua vero 75  
latur circa crimina, quibus tam civilis, quam Eccler-  
siasticis statibus offenditur, ut usura, blasphemia,  
concupinaty, polygamia, adulteriu, si divorcium  
non exigatur. Causa tamen heresis et simonia  
cognoscenda est a solo iudice Ecclesiastico. c. 13  
de heret. Dico cognoscenda; na non negamus  
quin crimen huiusmodi a iudice seculari puniri possit.

an delictum in foro Ecclesiastico puniri possit 76  
atque puniri in foro seculari? R. affirm. si  
delictum sit atroc; quia poena Ecclesiastica potius  
est medicinalis quam vindicativa et saepe non suffi-  
ciunt ad incubiendum terrore malis hominibus. Vid.  
specialiter Martham de jurisd. p. 2.



- 77 Vulgare est, causas connexas ab uno eodemque  
 iudice cognoscendas esse; \* connectuntur autem  
 tripliciter 1.° ratione personarum, ut si plures socii  
 in actione aliqua individua conveniantur, vel  
 si inter plures cohæredes actio familia hæreis  
 cuncta, id est, hereditatis dividenda intentetur,  
 ubi nota juxta Engel, apud eum iudicem litem  
 terminandam esse, ubi ea vel contra unum ex socijs  
 præoccupata est; Gail verò vult, ut superior re-  
 spectu omnium adæatur. \* Connectuntur 2.° ratione  
 rei de qua agitur; ut si circa eandem rem, de  
 qua litigatur plures qq. vel principaliter vel  
 incidenter moveantur. Ita connexo sunt cause  
 possessionis et proprietatis, nam coram quo ju-  
 dice institutum est possessorium, coram eodem litis  
 ventilari debet petitorium, l. 10. C. de Jud. Ita  
 iudex Ecclesiasticus, qui judicavit de divorcio ex  
 causa adulterij, judicare etiam potest de restitu-  
 tione et amissione dotis c. 2. de donat. inter  
 vir. et ux.

- 81 Verum nota si incidens vel connexus sit  
 spirituale, et causa principalis versatur apud  
 iudicem laicum, ut si litigatur de heredi-  
 tate et Cajus v.g. dicat se defuncti filium le-  
 gitimum esse, Titius verò id neget, asserens  
 matrimonium de jure non valuisse, tunc iudex

judicem remittere debe-  
 bit. Caterum

Laicus in causa principali super sedere, et illud inci-  
 dens matrimoniale ad Ecclesiasticum incidens  
 meri facti: ut si petenti hereditate opponatur, quod  
 sit natus ex concubinato: terminat iudex laicus.

q. l. i. obs. 32. n. 3.



79  
Connectuntur causa 3. ratione generalis 82

actionis ut si diversa res vel causa conti-  
neantur sub una actione v.g. sub actione tu-  
tela, vel hereditatis petitione; hinc iudex  
aditus per hereditatis petitionem in loco, ubi  
major pars bonorum sita est, cognoscit etiam  
de bonis alibi existentibus, et ad eandem hereditatem  
pertinentibus, Gail. i. obs. 32. n. 5.

Nota incidenter, quod exceptio contra socium, 83  
qui vellet connexam causam apud diversos ju-  
dices tractare opponi debeat ante litem con-  
testationem. Vid. inf. §. 25. n. 2.

#### § IV

#### De causa feudali.

Judices competentes in causis feudaliibus: de quibus 84  
C. 3. l. 20: sunt varij prout scilicet variant ca-

sus; \* nam si sit litis oriatur inter duos va- 85  
sallos eidem Domini v.g. unus petit partem  
feudi, quam alter possidet, vel aliam causam  
feudalem, et quae ex lege feudi resolvide-  
ret, tractat, Dominus iudex erit i. Feud. 18.

2. Feud. 55. § 2. fin. et si Dominus sit laicus, 86  
Vasallus autem Clericus, c. 6. et 7. h. t. \* quod  
si Dominus iustitiam administrare negligat,  
vel sit suspectus, ad Dominum superiorem feudi,  
sive ad Imperatorem, si ab ipso feudum pri-  
marie descendat, vel si nullus adsit eidem  
feudi superior, ad ordinariū devolutio fiet.

arg. c. 61. de appell.

sed quis erit iudex, si Vasallus plura feuda 87



88 à Diversis Dominis habeat? G. singulos ade-  
undos esse, Schrad. p. 10 sect. 4. 69. \* Itaq;  
si agnatus contra Vasallum contendat se esse  
defuncto proximiorē, ac proinde sibi competere  
Successionē in illius feudis, singulos Dominos  
illorū feudorum adire debet.

89 II. si lis oritur inter Vasallū et extraneum,  
vel etiam inter Dominū et extraneū, ut quia  
extraneus dominū absolutū pretendit, tunc  
90 iudex ordinarius iudicabit. \* Idem dicendum  
si lis oriatur, num feudum sit novū, num non  
potiq; antiquū, ac proinde, quod alteri de novo  
à Domino conferri non potuit.

91 Q. An si inter Vasallos vel inter Vasallos  
et extraneos lis oriatur, possit super ea in ar-  
bitros compromitti. G. quod non, si id ignoret  
Dominus, Schrad. sect. i. n. 166.

92 III. si lis oriatur inter Dominū et Vasallū,  
et agatur super ipsa rei feudalis proprietate,  
dam vq. negat Vasallū re esse feudale, iu-  
dex ordinarius iudicabit; si vero agatur su-  
per jure aliquo accidentali vq. si negat Va-  
sallus servitiū Domino, vel agit contra Do-  
minū de evictione, ut si Dominus ei contulit  
feudum, cuius ipse Dominus non erat, tunc pa-  
res curia i. e. Convasalli non quidem omnes,  
sed qui electi fuerint, iudicabunt. Quod si

7 ab utraq; parte

11 non anfang

93 si pares curia Dominus non habet, tunc vel ordinarius  
vel arbitri electi rem terminabunt. Nota  
i. consuetudine vel statuto particulari, vel etiam  
pacto investiturae introduci posse, ut non pares



80  
curia sed ordinarius iudices, Schrad. Sect. 2.  
n. 44. \* Not. 2. Dominus ac pates curia cau- 94  
sas feudales delegare posse, cum sint iudices  
ordinarii; <sup>Imo etiam</sup> Dominus ad causas omnes feu-  
dalis in sua curia emergentes Vicarium recte  
constituit. ~~namque~~ ~~non~~ ~~est~~ ~~in~~ ~~potestate~~ ~~ut~~ ~~de~~ ~~causis~~ ~~feudalibus~~ ~~in~~ ~~sua~~ ~~curia~~ ~~emerge~~ ~~ntes~~ ~~vicarium~~ ~~recte~~ ~~constituit.~~  
Ad quem vero appellatio in feudis interponatur 95  
facile eruitur ex n. 86.

### § V.

Quis sit iudex, si de ipsa fori compe-  
tentia queratur.

Pro regula passim tradunt DD: quod quilibet 96  
iudex sive ordinarius sive delegatus cognoscere  
possit, an sua sit iurisdictio, i. e. an ius habeat  
super eum, quem citat, ferendi sententia. C. 4.  
ff. de iud. C. 2. ff. si quis in ius voc. c. 2. de  
rescript. \* Verum haec regula solum locum 97

habet circa iurisditionem in causis particula-  
ribus, in quibus cognoscendis plus oneris, quam  
comodi percipitur; nam alioqui si agatur  
de interesse iudicis, procedet alia regula,  
nempe neminem esse iudicem in causa propria.

Præterea certum est, si iudex contra ius com- 98  
mune, vel privilegium partis clausum in iure  
quale est v. g. studiorum, qui non nisi co-  
ram magistratu academico comparere tenentur,  
iurisditione sua exercere vellet, <sup>quod</sup> ei talis  
privilegiatus obtemperare non obligetur.  
sed quid si privilegium non sit clausum in iure  
sed solum specialiter impetratum? R. tenetur



talis privilegiatus eamque comparere, ut exhibeat  
privilegium suum, vel si quam habeat exceptionem  
declinatoriam fori c. 7. de privil. in 6. Quod  
si iudex nolit acquiescere, tunc pars, quae  
opponit exceptionem, recurret ad suum iudicem  
ut ab eo defendatur, vel provocabit ad iu-  
dicis superiorem. Mynsing Cent 5. obs. 65 in fin

### Tit. III. De libelli oblatione.

§ 1.  
De libello eiusque requisitis.

1. Libellus est scriptura actoris petitionem  
eiusque causam continens. Tribus perficitur  
scilicet: narratione facti, medio concludendi et  
ipsa conclusione. Itaque primo narratur fac-  
tum cum omnibus circumstantiis, tum ponitur  
causa, ob quam aliquid petitur, tandem rogatur  
iudex, ut reum in id, quod petitur condemnet.
2. Porro causa petendi est duplex remota, et  
~~est ipsa obligatio~~. In actione reali  
est in actione personali contractus, vel delictum,  
ex quo oritur in Deo convento obligatio; proxima  
est ipsa obligatio. In actione reali remota  
est titulus, vel modus ille, ex quo acquiritur  
ius in re, proxima est ipsum ius in re.
3. In actione personali sufficit causam remotam  
ponere, ut peto 100 à Titio, quos mihi debet
4. v.g. ex mutuo, vel ratione furti. \*at in ac-  
tione reali causa solum proxima exprimeatur



81  
est v.g. peto domum mihi restitui, quae mea  
est juris.

Alterum conclusio in causa civili §: in crimina- 5  
li enim lex ipsa concludit: est accurate for-  
nanda, quid scilicet: et quantum petat actor. \* 6  
huius conclusioni adijci solet clausula salutaris  
ut vocant, hac vel simili forma: super his  
omnibus peto mihi ius et iustitia administrari  
omni meliori modo et forma, qua de jure, sta-  
tuto, vel consuetudine fieri potest. Huius effectus  
est ut actor censeatur omne ius suum, seu quid-  
quid ab altero de jure pretendere potest, in  
iudicium deduxisse. \* alij apponunt etiam hanc 7  
clausula: Salva jure addendi, minuendi, corri-  
gendi. ab hac ultra ius commune nihil opera-  
tur; \* nam ante libellum concessata semper li- 8  
cet mutare, quo in libello proposita sunt, sequi  
vero post eam, saltem si quis tunc vellet  
mutare actionem. C. 23. ff. de iudic. Glos.  
in C. 4. de off. deleg.

## § II

### De citatione.

Citatione est actus legitimus, quo quis mandato  
iudicis juris experiundi causa in iudicium  
vocatur.

Dividitur in Verbalem, et reale et edictale.  
verbalis est, cum iudex apparitore, nuntium  
vel pedellum ad rem mittit, eiq; ore tenus  
vel in scriptis significari facit, ut ad certum  
diem in iudicio compareat.

¶ Cum post libelli oblatio-  
nem statim sequatur citatio  
Rei, ideo solat ab A.A. in  
h. tit. de citatione tracta-  
ri. Est autem



- 10 Q. 1. an unà cum citatione Debeat iudex libellum actionis lico transmittere? A. recte id quidem fieri, si enim lico accelerabitur, et comparens lationi respondere debet; atamen hic cuiusvis curia stylus attendendq est.
- 11 Q. 2. ubi citatio fieri debeat? A. in domo à lico habitari solita, et si ipse vel eius familia citationem recipere nolit, tunc ea vel ibi relinquenda vel porta domiq affigetur. \* nuntio vero iurato dicenti se citationem fecisse, creditur.
- 12 Realis citatio est, qua persona ob delictu, vel ob alia iustam causa apprehenditur. Haec citatio non solum in criminalibz sed etia in civilibz procedit, si nempe deus in comparando nimis contumax, vel de fuga suspectq sit. imo debitore de fuga suspectum, posse etia per ipse creditore apprehendi, et iudici tradi, tenetq est in l. 10 § si debitore ff. qua in fraudem.
- 13 Sed poterit ne iudex in criminalibz indistincte mox reu citare realiter. A. Negative, na iudex prius cognoscere debet, an crimen sit atroc, ut periculum sit, ne reus metu pereat, aut fugiat. Item an persona dignitas non obstat reali citationi.
- 14 Tandem edictalis citatio est, qua fit per publicum edictu in aliquo loco publico affixu. Haec debet tantu locu, si reus citari alias non potest, vq. quia latet, vel vagatur hinc inde; vel si alicui bona subhastari debeant et contradicere, scilicet: creditores; quoru interest ne subhastatio fiat; sunt incerti.



Tit. IV.  
De mutuis petitionibus.

Mutua petitio est mutua reconventio, cui scilicet conventus deus ab actore vicissim ipsi actore reconvenit, et aliquid ab eo petit.

Q. 1. An hoc mutua petitio fieri debeat coram eodem iudice? R. aff. sive is sit ordinarius sive delegatus. Ratio est, ne coram diversis iudicibus eodem tempore agatur, c. 3. de rescript. in 6. Quod si actor reconventus nolit respondere, nec tenetur Reg. actori in sua causa respondere, c. 1. et 2. h. s.

Q. 2. An sint quaedam causa excepta, in quibus non admittatur reconventio? R. aff. ut I. causa criminalis, quia non relatione criminum, sed innocentia Reg. purgari debet c. 1. et 2. caus. 3. q. 11.

II. Causa, quarum executio differri non debet, et in debitis confessis, et deposito l. pen. c. de iur. iur. III. Causa appellationis l. 1. ff. eum qui appellaverit. IV. Causa spoli c. 4. de ord. cognit. V. Causa, quae absolute ad aliud forum pertinet. VI. ab excommunicato non admittitur reconventio v. sup. l. 2. §. 1. n. 6.

Q. 3. An clericus contra laicum agens in foro seculari possit ibidem a laico reconveniri? Quidam negant, alij affirmant, nos putamus cum Panorm. Decio et alijs ad consuetudine et recepta praxim in tribunalibus attendendu esse.

Q. 4. An reconventio etiam post lite contestata fieri possit? R. aff. quia c. 3. §. reus de rescript. in 6. generaliter dicitur, dari reconventionem durante eodem



judicio. Videatur etiā Novell 96. c. illud 2.  
in C. \* Porro licet multae petitiones si-  
mul tractanda sint c. i. h. t. si tamen prius  
de una liqueat, quam de altera, poterit iudex  
de illa, quae liquet, prius pronuntiare, et si  
ab ea contigerit appellari, poterit interim  
procedere in altera; quia sunt diversa  
causa. Honor. h. t. n. 5.

## Tit. V.

### De litis contestatione.

- 1 Litis contestatio definitur quod sit petitio actoris  
in iudicio facta et congrua responsio rei secuta  
animo litigandi. Itaque litis contestatio fit cum  
actor affirmative proponit suam petitionem, reus  
vero negative eidem contradicit.
- 2 Q. si reus protestetur per suam negationem, se non  
litem contestari, an nihilominus censatur litem  
esse contestata? R. Neg. modo afferat rationabi-  
lem causam, cur huc et nunc litem contestari no-  
lit, ut quia cupit adhuc apud se, et alios de ve-  
ritate et scripturis probatoris indagare. \* Si  
vero protestando solum tergiversari videretur  
posset illum iudex mox ad contestanda litem  
cogere, Mynsing. Cent. 3. fol. 36.
- 3 Q. 2. An omnia litem contestatione vitietur  
cessus? R. aff. Ratio, quia ea est prima  
fundamentum et lapis angularis iudicii c. un.  
h. t. l. i. et Auth. offeratur c. eod. secus tamen  
dicendum de sumarijs iudicijs. Clem. 2. de  
i. 2.
- 4 Q. 3. Quina sint effectus litem contestata  
R. 1. Per eam in iudicio quasi contrahitur  
2. perpetuantur actiones temporales; i. e. actio



nes, quae intra annum intentari debebant, facta litis contestatione, durant usque ad 40 Annos  
 C. fin. C. De presc. 30 ann. 3. per eam  
 actiones penales seu ex delicto incipiunt transire ad et contra heredes. § i. inst. de perp. et temp. act. 4. interrumpit prescriptionem, et sic constituitur possessor in mala fide.  
 5. facit procurator Dominus litis. 6. denique per supra dicta impeditur libelli mutatio.

Tit. VI.

Ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitivam.

Ratio huius rubricae patet ex Tit. proced. n. 4. ad sicut nulla regula sine exceptione sic etiam ista rubrica \* fallit igitur I. si deus fuerit contumax i.e. si legitime citatus comparere noluit, praesertim si agatur de valore electionis vel provisionis aut matrimonii; nam tunc non solum censura in ipso ferri potest, sed etiam testes recipi, et si de causa liquet, ad sententiam definitivam procedi potest; quia in his iudiciis differre periculosum est. c. s. §. porro. h. d. II. fallit in processu inquisitionis, ubi examinantur testes absque litis contestatione, c. ult. h. d. III. fallit si actor civiliter agens timeat, ne ipsi interiret elabatur copia probandi, ut quia testes sunt tenes, alioquin profecturis. §. D. c. ult. h. d.



4. N. fallit in futuro res, seu in eo, qui timet litem sibi movendam, qui poterit curare examinari testes quoscunque ad futura sui defensionem. \*Prius, qua tamen recipiantur testes, debet reus denunciare suis adversarijs, ut videant testes jurare; Mynf. Cent. 4. obs. 71 et seq.
6. Q. Si testes examinati adhuc vivant, eo tempore quo litem intentatur, an adhuc personaliter iudicio sisti debeant? Requiritur personale productione, si reus desideret, docet Zoer. h. t. n. 4. per. c. 50 de test. et t. fin. <sup>eadem</sup> ubi testes per arbitrium recepti de novo sunt examinandi.

Tit. VII.  
De juramento Calumniae.

1. Nota 1. Post litem contestata solent litigantes juramentum calumniae à se invicem exigere, et hoc in his 4 consistit. 1. quod credant se habere iusta causa litigandi. 2. quod non sint petaturi probationes litem protrahenda causa. 3. quod interrogati sint dicturi veritate. 4. quod nihil promiserint, aut daturi sint sive per se sive per alios pro hac causa iudicibus.
2. Nota 2. Si actor jurare recusavit, cadet iure suo; si reus, habebitur pro confesso l. 2. § 6. et 7. c. h. t. Si per procuratorem agatur, is jurare debet in anima sui principalis, nec non in anima propria, nempe, quod ea principalis, quae ipse credant se fovere iusta causa. d. l. 2. etc. h. t. in 6.
3. Q. Si procurator in anima propria jurare



noluerit, an perinde sit ac si Doming jurare  
nolisset? R. quod non; huic tamen procuratori  
audientia denegatur. arg. l. 15. et 14. c. de judic.

Q. 2. An juramentum calumniae à partibus remitti  
possit? R. facitè s; scilicet non exigendū; non  
tamen expresse remitti posse; Ratio diversifi-  
cat<sup>is</sup> quia per expressa remissione partes securis  
calumniarent; ad verò per tacita remissione  
talis securitas non induitur; na licet ab ini-  
tio non exigatur juramentum, postea tamen semper  
peti poterit c. i. h. l. in 6.

Q. 3. An etiam clerici jurare debeant? R. aff. 5  
saltem coram Judice Ecclesiastico. c. 5. h. l. quod  
etiam obtinet in causis spiritualibus. c. i. h. l. in 6.

Q. 4. Quomodo differat juramentum calumniae à 6  
à juramento malitiae et juramento veritatis?

R. In eo, quod juramentum calumniae ab initio  
praestetur super tota causa; juramentum vero  
malitiae super quibusdam articulis possit peti  
ante et post lite contestata, et toties, quo-  
ties est presumptio, quid dici falsū. Denique  
juramentum veritatis non est de credulitate,  
sicut juramentum calumniae, sed de scientia  
et veritate, unde juramentum veritatis deponens  
non dicit credo, sed scio, me iusta habere  
causa.

Tit. VIII.

De Dilationibus.

Dilatio est certi temporis ad actu aliquo i.  
judiciali comodius exercendum concessio.



Quadruplex est, scilicet: citatoria, deliberatoria, probatoria, et executoria.

2. Citatoria est, quo Reo absenti et citato datur ad comparandum. non debet esse peremptoria sed si citatus non compareat, vocandus est 2<sup>do</sup> et 3<sup>io</sup> ac singulis citationibus assignari debet terminus saltem 10 dierum. l. 68. ff. de iud.  
q. Si tamen ex rationabili causa Reus per unam citationem peremptorie citando sit, ad minus 30 dies concedi debet; quia talis citatio peremptoria aequivalet 3 simplicibus. l. 72. ff. de iud.

3. Deliberatoria dilatio est, quo datur Reo, ut viso libello actoris seum deliberare possit, an litigare velit; habet pro termino 20 dies, nisi ipsi una cum citatione libelli sit transmissus, de quo vid. supra l. 3. n. 10.

4. Probatoria dilatio est, quo tunc contestata actori ad sua petitione, et Reo ad exceptionem probanda conceditur; habet pro termino ordinario tres menses; si tamen ex aliena provincia probationes petenda sunt, sex. Et ex nova emergente causa solet iudex novam dilationem concedere c. i. h. t. l. i. c. eod. l. 7. ff. de ferijs.

Executoria dilatio datur condemnato per sententiam ad satisfaciendum intra 4 menses l. 2. et 3. C. de usur. rei iud. sed haec non procedit in actionibus realibus et criminalibus v. Host. in summa de offic. deleg. § quo iuris. Atamen

nota, de iure Canonico et generali consuetudine omnes dilationes iudicis arbitrio relictas esse.



Tit IX.  
De Feriis.

§ 1.

Feriae hic dicuntur dies seu tempora quibus  
ab actibus judicialibus vacatur l. 5. ff. h. t.

l. 1. Quotuplices sint? R. alia sunt solem-  
nes seu ordinariae, quae in jure certis anni  
temporibus constituta sunt; alia extraordi-  
nariae, quae non certa lege, sed ob specia-  
lem eventum v. g. ob insignem victoriam q. a  
Principi dantur. Ceterum ordinariae aliae sunt  
instituta ad Divinum cultum, uti sunt festa so-  
lemnia Calendarum, aliae sunt instituta ob  
majorem utilitatem hominum, veluti feriae  
messium et vindemiarum.

l. 2. An et quae jurisdictio exerceri possit in  
feriis? R. 1. licite exerceri possunt actus  
voluntariae jurisditionis de qua l. 1. §. 6. 2  
n. 54. R. 2. actus judiciales seu contentiosae  
jurisdictionis in feriis celebratos ipsa jure regula-  
riter nullos esse; adeoque neminem eo tempore  
in jus vocari posse l. 1. §. 2. C. cod.

Dixi regulariter; nam 1. ex causa pietatis tempore  
feriarum etiam sacrarum institui possunt processus  
summarij miserabilium personarum. 2. ex causa  
necessitatis recte proceditur, puta contra eos  
qui de fuga suspecti sunt, vel si periculum sit  
in mora, ut si res vel actio inter tempus feriarum  
sit peritura l. 1. §. 2. et l. 2. ff. h. t. 3. ex



Causa renuntiationis sustinetur processus feris  
vindemiarum, messium et alijs ad privata utilitatem  
instituti factis, si nempe partes ipsi ferijs renun-  
tiant; quia quilibet favori pro se inducto re-  
nuntiare valet c. fin. h. l. l. 29. c. de pact.

4. Q. 3. An citatio facte insinuari possit deo die fe-  
riato, ut compareat die judiciali? R. P. Engel  
aff. quia executio citationis est actus vere extra  
judicialis; alij vero negative; quia licet hæc  
executio non sit actus judicialis, fieri tamen non  
solet sine cognitione et strepitu judiciali.

5. Q. 4. Si dies qui pro termino comparitionis assignatus  
sit festivus, ubi citatus habitat, non vero in loco  
judicii, an is contra citationem excipere poterit?  
Negat Panor. in c. fin. h. l. n. 23. quia in ordi-  
natione judicii constitutio loci, ubi iudicium exer-  
cetur, non ubi litigantes habitant, attenditur.

D. 2.

### De observatione feriarum in ordine ad divinum cultum.

6. Nota 1. festa non solum à Papa sed etiam ab  
Episcopis in suis Diocesisibus etiam absque Cleri  
populive consensu institui posse, ubique recepta  
est. Apor. l. 2. c. 1. c. 26. q. 1.

7. Nota 2. quod Episcopus festa à se vel suis  
antecessoribus instituta ita moderari possit, ut  
solum ante prandium observari debeant. Apor.  
l. c. 9. 5.

8. Nota 3. quod dies festi ab Episcopo constituti ab  
exemptis omnibus in illa Diocesi factis servari



Debeant. Trid. sess. 25. de Reg. c. 12.

Nota 4. Præceptum de festi observatione 9  
aliud esse negativum, quod prohibet, ne die  
festis opera servilia exercentur, et aliud  
affirmativum, quod præcipit, ut fideles resum-  
ptionis habentes in festis Missa audiant.

Nota 5. Ex præcepto negativo solum opera 10  
servilia esse prohibita Laym. l. 4. §. 7.  
c. 1. n. 1. et c. 2. n. 2. Dicuntur autem opera

servilia, quæ corporis comoditatibus inserviunt,  
et per servos ac famulos exerceri solent; ut sunt  
opera rustica et mechanica. Contra opera libe-  
ralia dicuntur illa, quæ sunt libero homine

digna, et magis ad excolendum et oblectandum  
animam faciunt, atque hæc sub præcepto illud  
negativum non cadunt: ~~sed quæ ipsi præcepto~~

~~limitetur ad opera servilia; sed quod ista~~  
~~sunt ignobiliora et minus dignæ cultu Dei~~

conjugantur. videtur licet in die festo studere  
docere, scribere, musica exercere; sed recre-

ationis causa pingere, venari, piscari, saltu  
si sine multis operis ac labore talis piscatio  
vel venatio fiat. Navar. in Manuali c. 13. n. 11.

Mercatus autem seu nundinatio quamvis non sit 11  
opus servile, tamen prohibetur in c. 1. h. d.

sed consuetudine passim contrarium obtentum  
est, ut in certis festis, præsertim in Anni-

versario Dedicacionis Ecclesie nundine habe-  
antur; quæ consuetudo ita moderanda erit  
ut negotiationes non instituantur ante ven-

antur; quæ consuetudo ita moderanda erit  
ut negotiationes non instituantur ante ven-



divina peracta. Præterea iter facere pedibus,  
curru, equo vel navi nec opus servile, nec  
proprie liberale est, sed potius naturale et  
mediū: quare et id in die festo licebit. Plastrum  
verò <sup>aut</sup> iumenta mercibus onerare et agere, ser-  
vile opus censetur, nec in die festo incho-  
are licebit; inchoatum tamen continuare, si  
comode abrumpi non possit, conceditur. Decla-  
ratio Cardinal. quæ refert Barbosa de of.  
Epi alleg. 165. n. 40.

12 Nota 6. Ex causa pietatis vel necessitatis licet  
etiam diebus festivis opera servilia peragere.  
Ex causa pietatis: si v.g. altaria ornanda, vel alia  
ad festivitatem paranda sint. Ex causa necessita-  
tis, si res ad vitam necessaria vel tempore peri-  
tura sit; qua ratione excusantur pauperes,  
qui, si in multis festis à labore abstineant,  
se suamque familiam sustentare non possunt;  
item agricolæ, cum ob pluviam superventuram se-  
getes aut fœnum congregant, vel ob aliud grave  
damnum vitandum ruri laborant; similiter si  
pauperes famuli et ancilla diebus festis suas  
vestes reficiant &c. Est quandoque et ne-  
cessitas publica v.g. reficiendi fontes, pontes,  
piscandi certum piscium genus, quod non nisi  
certis anni temporibus capitur, juxta c. Licet  
3. h. t. si paranda sunt aliqua ad communi-  
populi festivitatem v.g. in adventu Principis.

13 Nota autem 7. quod præter causam pietatis  
vel necessitatis insuper requiri debeat confessio



Episcopi, praesertim si opus servile in publico  
 faciendum, et per longius tempus duraturum sit;  
 ne paulatim praetextu necessitatis liberè contra  
 Festorum obligationem peccetur. Ita Declaratio Car.  
 dinal. apud Barbos. d. n. 40. si autem pericu-  
 lum in mora sit, vel Episcopus propter distantiam  
 comode adiri non possit, sola iustitia causa,  
 vel ad sumum si causa aliquo modo videatur  
 dubia, licentia Parochi sufficere, communis est  
 sententia.

Nota 8. Quamvis in c. i. h. d. dicatur, quod  
 dies Dominica à vespera in vesperam in omni  
 veneratione observanda sit; nihilominus in  
 Europa esse receptum, quod festa, quantum ad  
 abstinentiam à servilibus operibus, computentur  
 à media nocte usque ad alteram mediam nocte.

14

De Festis Panorm. in c. i. h. l. Covar. var. resolut.  
 l. 4. c. 19. n. 9. talem autem consuetudinem valere  
 et attendendam esse tenetur est in c. 2. cod. 4.

Nota postremo: quod alterum praeceptum de audienda  
 Missa tanquam humanum et positivum non obligat  
 cum tanto rigore, ut nullo modo quis ab eo ex-  
 cusetur. Etenim non tantum impotentia physica  
 (qualis est in mari naviganti, in carceratorum  
 lecto affixorum, et similibus); sed etiam moralis,  
 si arbitrio prudentis viri sit gravis, excusat  
 ab audienda Missa. Dicitur autem moralis im-  
 potentia, quando, licet non subsistat absoluta im-  
 possibilitas, subsistat tamen difficultas propter



periculum amittenda valetudinis aut rei domesticae  
unde excusantur qui infirmi sunt, aut infirmis inter-  
viunt; qui tempore pestis se domi continent, De  
matres et ancilla, quae infantibus assistunt, qui prop-  
ter distantiam templi domum periculose deserunt, et  
pudor quoque si gravis sit, secundum communem senten-  
tiam ab audienda Missa excusat: puta si mulier  
honestae in dedecore sui status non honeste vesti-  
ta sit, vel si aliqua ceteroquin bonae existima-  
tionis ea delicto praegnans appareat. Consuetudo  
etiam quandoque excusat, si v.g. in aliquibus locis vidua  
vel puerpera per aliquod tempus templum ingredi non  
soleat, de quibus omnibus videri possunt D.D. antea  
citati.

### Tit. X.

#### De ordine Cognitionum.

i Non raro evenit, quod in iudicio praeter quaestio-  
nem principale aliae incidentes emergant et pro-  
ponantur, quae non minus ac principalis sua discussio-  
ne requirunt: quo igitur ordine illae tractandae  
sint, hic agitur. Breviter dicendum, quotiescumque  
una quaestio dependet ab altera, illa prior, a qua  
altera dependet, iudicanda est. Sic si aliqua femi-  
na petat virum tanquam sponsum vel maritum suum; con-  
tra vir dicat, haec femina <sup>esse</sup> sua consanguinea, prior  
de consanguinitate quam de contractu sponsalium  
discipiendum erit: quia valor sponsalium dependet  
a quaestione consanguinitatis, et frustra pro-  
barentur sponsalia, si tota illa probatio ex post-  
facto concideret propter probatam consanguinitatem.  
C. i. h. t. Eodem modo si petat filium hereditate



88  
paterna, et alij filij vel consanguinei defuncti  
negent, ipsum esse filium, vel si negent esse le-  
gitimum, ~~etiam~~ <sup>primo</sup> quaestio filiationis, vel  
legitimationis discutienda erit.

Huc referri possunt, quae sup. diximus de for.  
compet. n. 81. et quae mox dicentur de rest.  
foliat. n. 1.

## Tit. XI

### De plus petitionibus.

Inter incidentes quaestiones quandoque movetur, quod i  
actor plus petat, quam sibi debeatur, id cum ini-  
quum sit, impure non est permittendum; qualiter vero  
haec actio iniqua actoris puniatur h. t. tractatur.  
Dicitur actor plq petere quatuor modis, scil.  
re, loco, tempore vel causa.

Re plus petitur, si cum auctori debeatur 10 2  
petat 20. vel cum res sit eig tantum pro dimi-  
dia parte, petat tota. Tempore plus pe-  
titur, qui petit ante diem, vel existente condi-  
tione pactioni seu obligationi adjecta. Loco  
plus petitur, qui re in alio loco petit, quam ubi  
conventum est, ut solvatur. Causa denique plq  
petitur, cum aliquid in genere vel alternative  
debetur, et res in specie, vel unum precise petitur  
prout fufius explicant intersp. ad § si quis agens.  
33. §. plus autem, instit. de action.

Poena plq petentis est, ut si re vel causa 15  
plus petatur, condemnatur in expensas, quas  
deus in illo iudicio facit: imo si causa plus



petatur, Deus omnino ab instantia absolvitur, et actor debet novam actionem secundum naturam obligationis instituere, quia ex prior actione Deus non erat obligatus. Quod si loco plus petatur, proceditur quidem ad sententiam, sed actor condemnatur in id, quod interest Dei rem debito loco non fuisse petita. Si denique tempore plus petatur actor condemnatur in expensas, et duo duplicantur inducia ad solvendum, ita ut si Ego prius fuisset obligatus intra annum solvere, jam non liceatur nisi post biennium. Videatur text. et quo ibi notat Panorm. in c. un. h. l. \* Verum notandum est, quod haec pena locum non habeat si actor probaverit, se non malitiose sed <sup>ex</sup> justo errore ~~data~~ plus petisse, E.g. si quis totum legatum petierit, et ex post facto proferatur alia testatoris scriptura, seu Codicillus legatario plane incognitus, in quo dimidia pars legati ei adempta et alteri data est: Nam error facti praestat excusationem, cum prudentissimos et optimos quosque fallere possit. § Si quis agens 33. Inst. de act. Et in l. i. in fin. c. h. l. requiritur, ut plus petens convictus sit, per avaritiam id fecisse.

## Tit. XII.

De causa possessionis & proprietatis.

Nota 1. Causa possessionis seu iudicium possessorium est, in quo actor petit per iudicem declarari, quod possessio seu insistentia et detentio rei ad se pertineat, quisquis interim



89  
Doming. §. 1. Causa proprietatis seu iudiciu  
petitorium est, in quo actor petit per iudicem pro-  
nuntiari ipse esse Dominu rei, et proprietate  
sibi competere.

Nota 2. Licet circa incorporalia, ut circa iura 2.  
et jurisdictionalia versetur etiam possessio, ea  
tamen non dicitur vera, sed solum quasi posses-  
sio, quia vera possessio ex sua natura requi-  
rit apprehensione. hinc qui Eg. sapius Cleri-  
cu presentavit ad beneficium vacans, dicitur  
esse in quasi possessione, à qua si quis eu  
deicere vellet, poterit vel possessoriu, vel  
petitorium instituere. Possessoriu autem insti-  
tuetur, si precise se fundet in actibz posses-  
soris prius exercitis; Petitorium vero, si al-  
legarit, et probarit aliquo iusto titulu, ex  
quo ostendat proprietate et dominium juris  
ad se spectare.

Nota 3. Iudiciu possessoriu aliud est ordinariu, 3.  
in quo ordinariu processus juris observatur, et  
aliud summarium seu summarissimu, in quo  
partes iubentur summarissime sua documenta  
et probationes producere: et hoc solum locu  
habet, si periculum subfit, ne lite pendente  
partes adversa se invicem prouant; expedit 7 in arma-  
enim, ut iudex illi, qui <sup>in continenti</sup> breviter melius probarit  
possessione, eamdem interim adjudicet, donec in  
ordinario iudicio possessorio vel petitorio plene  
de veritate constet. Inde fit ut hoc ju-  
diciu etiam momentaneu dicatur.

Nota 4. Si expedito summario adhuc subfit 4.  
idem periculum, tunc poterit iudex possessione



Sequestrare, eamque utriusque adimere, donec alter  
ruter in possessorio vel petitorio vicerit l. 13.  
§ 3. ff. de usus. c. 6. de justit. at id solum  
locum habet, si jus possessionis dubium sit, nam  
si una pars alteram juste possidente turbare  
vellet, mandatis penalibus coerceri debet.  
l. 1. § est igitur ff. uti possidetis.

5. Nota 5. In causa seu iudicio possessorio  
varias actiones esse proditas, quae remedia  
possessoria, vel interdicta vocantur; alia  
enim sunt remedia adipiscenda possessionis,  
quibus agimus, ut possessionem, quam nunquam ha-  
buimus, acquiramus, e.g. si is cui collatum est  
beneficium, petat se mihi in illius possessione  
alia retinenda, quae competunt contra eos,  
qui nos in possessione iam acquisita turbare  
conantur, eiusmodi sunt interdicta uti possidetis  
et <sup>†</sup> Utrobi, ~~est interdictum seu actio quae datur~~  
~~ad retinendam possessionem rei mobilis.~~ alia  
denique recuperanda, quibus possessionem, quam in-  
juste per spoliationem excidimus, recuperamus.

6. Quid juris si uterque litigans probet possessionem  
v.g. se in sylva litigiosa venationes libere, ac  
pala exercuisse? R. is obtinebit, qui possessio-  
nem antiquiorem probaverit. Ratio, quia possessio  
recentior hic praesumitur vitiosa, cum duo ean-  
dem rem, et eodem modo possidere nequeant.

7. c. 9. de probat. \* At si neuter probavit pos-  
sitionem antiquiorem, tunc is preferendus est  
cuius possessio <sup>titulo</sup> munita est, licet enim in posses-  
sorio retinenda non sit necesse, titulum probare

† Utrobi est interdictum, seu actio, quae datur ad retinendam possessionem rei  
mobilis.



C. 2. ff. uti possidetis, nihilominus ubi par est  
 causa, prevalere debet, qui titulum probavit.  
 d. c. q. ibi: maxime quod justum possessionis  
titulum non ostendat. si vero in titulo fuerit  
 paritas, is obtinebit, qui produxit testes nu-  
 mero plures et minus suspectos juxta c. 32.  
 de test. et d. c. q. de prob.

Tandem si utriusque omnia essent aequalia  
 tunc iudex debet pronuntiare, ut uterque possi-  
 deat communiter et pro indiviso, nempe uti possi-  
detis ita possideatis arg. c. q. v. cu ergo de  
 probat. Ita enim fiet, ut quisque tantum ob-  
 tineat, quantum probavit juxta c. 3. in pr. ff.  
uti possidetis. Neque hoc rarum est, quod plures  
 v. g. in aliqua sylva jus venandi habeant, idque  
 is prius exerceat qui prior ad locum venit, et si  
 uterque simul venerit, vel communi opera venerit,  
 vel amicabiliter componant.

Nota 6. Causa possessionis et proprietatis  
 non tantum posse cumulari in eodem libello, ut  
 iudex de utraque in eodem iudicio cognoscere, et  
 eadem sententiam pronuntiare debeat c. 2. 3 et 6.  
 h. t. sed etiam si quis egerit super sola possessione,  
 et in progressu appareat, illi etiam rei proprietate  
 probare, poterit iudex praeter possessionem ipsam quoque  
 proprietatem ei adjudicare. c. 3 et 4. h. t. 10  
 id etiam de jure civili procedat? 7 probabilius  
 nisi uterque confunderet se esse possessorem et do-  
 minum, nec tamen ullam probationis onem in se  
 recipere vellet, tunc prius de causa possessionis  
 cognosci debere, c. 15. C. de rei vind.



11 Nota 7 licet ab initio actor intentarit causam proprietatis, si tamen lite pendente timeat, se non posse probare dominium, poterit adhuc ante conclusionem in causa, et nisi expressè renuntiaverit, remedium possessorium intentare. l. 12 §. 1. de acquir. poss. Imo etiam post conclusionem poterit iudex ex justa causa actorem adhuc admittere ad possessorium c. 5. h. t. et licet hoc c. solum loquatur de remedio adipiscenda et recuperanda, extendi tamen etiam debet ad remedium retinenda. Vid. Zoeh. h. t. in fin.

12 Nota ultimo, non esse consultum, ut actor causa proprietatis intentet, quamdiu potest remedium aliquo possessorio agere, quia dominium, et proprietas difficillime probatur, non enim sequitur emi equum, ergo est meq. si etiam si quis possessionem rei amisit, et vult contra novum possessorem agere, non est consultum, ut eum conveniat per rei vindicationem, sed per actionem publicianam, in qua scilicet opus non est probare dominium, sed sufficit probare sibi rem esse traditam ex justo titulo, eamque bona fide acquisivisse. l. 1. leg. ff. de public. in re aut.

### Tit. XIII.

#### De restitutione spoliatorum.

1) Spoliatus huius dicitur, qui vi vel clam iniuste dejectus est de possessione rerum suarum. is habet hoc beneficium, ut ante omnia restituendus sit c. 3 et 4. caus. 3. q. 1. nec proinde cogi



possit, ~~spoliatus~~ ad alios causa articulos pro-  
cedat, prout restituio sibi plene facta  
sit. \* quod si spoliator neget tanti ab- 2  
tulisse, quanti spoliatus pretendit, dabitur  
spoliato in defectu aliarum probationum jura-  
mentum in lite, h. e. is debet estimare  
seu pronuntiare valore rerum ablatarum; qua  
estimatione, si iudex crediderit esse nimiam,  
ad minorem summam moderabitur, et ista taxa-  
tione facta spoliatus jurare jubebit, se non  
minus perdidisse, quam taxatum est. C. g. Unde  
vi. \* Corro fructus non tantum illi, qui percepti 3  
sunt, sed etiam qui percipi potuissent, restitui  
debent. C. ii. h. d. C. A. C. Unde vi.  
Verum haec regula, quod spoliatus ante omnia 4  
restituendus sit, sequentes habet limitationes.  
I. Ex parte spoliati requiritur, ut possederit, et  
possessionis per se capax fuerit c. 14. h. d. II.  
Requiritur ut restituio fieri possit sine 5  
periculo animae. \* Unde si mulier proprio  
motu a viro recesserit, et habuerit paratas  
probationes pro nullitate matrimonij, non  
est restituenda viro quoad thorum; secus  
si probationes primò disquirere vellet. \* si 6.  
tamen <sup>ca</sup> certo sciret impedimentum, potius cen-  
suras Ecclesiasticas ferre, quam debitum reddere  
debet. c. 13. h. d. \* si vero solum dubitaret, 7  
tunc reddere quidem debitum, non tamen exigere  
posset, nisi rationes dubitandi leves essent,



tale enim dubium ex consilio confessorii depo-  
ni debet.

- 8 III. Requiritur, ut restitutio fieri possit sine dan-  
no irreparabili, unde mulier aufugiens à vi-  
ro ob eius fornicationem, non restituitur, nisi is  
caverit de emendatione; de qua si adhuc  
9 dubitetur, restitui non debet c. 8. h. l. \* ipsa  
interim usque ad certam viri emendationem ab  
eo alenda est. Barb. et alij.
- 10 IV. Requiritur in eadem causa matrimoniali, ut  
spoliatus saltem post spoliationem adulterium no-  
torium non comiserit; talis enim adulter petens  
restitutionem, non auditur: excipe nisi etiam  
altera pars adulterium perpetraverit; quia paria  
delicta mutua compensatione tolluntur. c. 4.  
de Divort.
- 11 V. Requiritur ut petitio restitutionis fiat contra  
eum qui spoliavit, non contra tertium possessorem  
c. 7. ff. de vi et vi arm. De jure tamen Can-  
nico etiam contra eum qui res à spoliatore sci-  
enter accepit, restitutio peti potest; eoquod  
non multum intersit, quò ad periculum animæ,  
injustè detinere, aut invadere alienum. c. 18. h. l.
- 12 VI. Requiritur, ut tertius scilicet cuius interest, ne  
restitutio fiat: si non interveniat, is enim ante  
restitutionem audiendus erit. c. 56. ff. de re jud.  
et c. 17. de sent. et re jud. Sic si res credi-  
tori oppignorata auferatur, et debitor contra  
spoliatorem pro recuperanda possessione agat,  
intervenientis creditor ante omnia audiri  
debet. arg. d. c. 17.



Speciale ite est in Clerico, si alteru in re 13  
privata spoliavit, <sup>ac deinde</sup> et contra ipsu Super rebz 7 Spoliatu  
Ecclesiasticis agat; tunc enim non poterit  
spoliatq exigere, ut ante omnia restituatur,  
sed spoliu particulari actione petere debe-  
bit. c. i. in fin. h. d. in b.

¶ An de jure Can. locu habeat Lex? C. unde  
vi, qua statuitur, ut is, qui propria auctori-  
tate possessione alteriq invadit, prater resti-  
tutione etia estimatione rei solvere teneatur,  
si quidem non fuerit Dominus, sin aute Dominus  
sit, etia Dominu amittat? R. affirm.  
arg. l. 27. de testam. et c. i. de nov. op. nunt.

Veru puto hanc lege paucis in locis vigere  
magisq usu recepta esse pena arbitraria.  
\* Hoc tamen speciale est in causis bene- 14  
ficialibz, quod qui personatu vel dignitate  
vel beneficium Ecclesiasticu quocunq vio-  
lenter occupavit, ipso facto perdat omne jus,  
quod prius in tali Beneficio habuerat. c. 18.  
de probend. in b.

¶ 2. Cur dicatur c. 2. h. d. in b. Canonicos a 15  
Parocho decimis intra fines sua Parochia  
perceptis spoliatos restituendos non esse,  
nisi de justo titulo doverint, cum tamen per  
c. 5. h. d. etia praebe, qui ubiqz iustu non  
habet titulu, restituendq sit? R. id ideo  
dici quia illa Decima solum aliquandiu ut  
ait Papa, id est modico tempore possessa  
fuerant, et sic presumptio erat contra ipsa



possessionem, et contra pro ipso spoliatore, cui  
de jure communi competunt Decimo; Abc. s. p. d. intelligi debet de eo, qui diutius iam  
possedit, cui proinde possessioni faveat prescriptio.  
hinc est, quod c. 13. de Caus. poss. et propr.  
Clerici possessione juris eligendi per Canonicos  
privati, licet solis Canonicis de jure competat jus  
eligendi, nihilominus restituuntur, quia nempe  
erant longo tempore in quasi possessione jus  
eligendi.

16 Q. 3. an is, qui bona fide rem emit à spolia-  
tore, teneatur ea ante omnia restituere spo-  
liato, si ab ipso conveniatur, et si spoliatus  
non probet se rei Dominum. Q. d. de communi  
affirm: ex c. 18. h. d. Verum hoc c. loquitur  
de malo fidei possessore; ergo à contrario  
sensu dici debet, quod bona fidei possessor  
non teneatur restituere, prout spoliatus  
de jure suo saltem summariter docuerit.

## Tit. XIV.

### De dolo & contumacia.

- 1 Nota 1. Dolus hic sumitur, quatenus contumacia adheret, fieri nempe, ut qui in ju-  
dicio comparere recusat, in dolo esse cen-  
setur. \* Est autem contumacia inob-  
dientia erga superiorem, unde contumax  
dicitur, qui tribus edictis vel uno peremp-  
torio citatus comparere recusat, vel si  
compareret, iudici parere renuit, vel sine  
eius licentia recedit.



Nota 2. iudice in civilibus causis s. secus in Crimi- 3  
 nalibus non posse adversus peremptorie citatum  
 et non comparentem in contumacia procedere  
 nisi ad petitionem adversarii l. 13. § 2. C. de  
jud. \* poterit tamen iudex illa inobedientia 4  
 et ex ea contemptu sibi illatum merito punire.  
 sed §. i. quomodo in contumacia procedatur? 5  
 §. aliter erga actorem et aliter erga Reum;  
 actor itaque in die emissae citationis non  
 comparens ad Rei instantiam 3. edictis vocabi-  
 tur, et si intra anni spatium non comparuerit,  
 erit in arbitrio Rei, an velit petere, ut à  
 petitione actoris absolvatur, vel ut post pro-  
 bationes pro se adductas feratur sententia  
 definitiva. \* Idem obtinet, si post litem 6  
 contestatam actor contumax fiat, ita tamen  
 ut anno non expectato iudex mox post citatio-  
 nem procedat in causa usque ad sententiam, con-  
 demnetque contumacem in expensas. Novell. 112.  
c. 5. Verum hac in re stylus singulorum  
 judiciorum attendenda est. \* at Dices: pro- 7  
 ceedi nequit contra actorem in contumacia  
 cum nemo invito agere cogatur l. un. C. ut nemo  
§. h. l. procedere, si quis nunquam agere coeperit.  
 id. etiam quo diximus h. lib. §. 2. n. 56. et 57.  
 Porro si Reus ante litem contestatam sit contu- 8  
 max, poterit actor petere, se immitti in bona  
 Rei ex primo decreto s. de quo l. seq. n. 1. §. vel  
 bona non habeat, ut citebatur realiter \* vel 9  
 alia remedia non suppetant excommuni-  
 catur. c. i. §. 8. C. quomodo et quando. \* ~~est~~ 10

ut lite non contestat.



- post L. C. <sup>verò</sup> si reg contumax sit, poterit actor  
vel recensitis remedijs uti, vel etiã procedere  
ii in causa, et petere, ut feratur sententia\* at  
+ meliorem tunc si iudex causa rei t viderit, pro ipso licet  
contumace pronuntiabit l. 13. § 2. C. de iudicjs.
- 12 L. 2. Utrum si actor semel elegerit in causa  
principali procedere, possit variare, et inmissio-  
ne bonoru; vel reale citatione petere? R.  
aff. Ratio, quia actor qui semel intentavit  
petitorium, potest variare, seu possessoriu in-  
stituire s: ut dictu de caus. posses. § ergo à  
fortiori poterit omisso tantisper processu petere  
reale citatione, vel inmissione in bona, pro-  
sertim cu hac inmissio sit possessoriu.
- 13 L. 3. An contra eu, qui in prima citatione  
in faciem citanti dixit, se non comparituru,  
mox possit in contumacia procedi? R. Expec-  
tandu esse terminu citationis, arg. l. 7. § fin.  
ff. quibz ex causis §. \* Quod si tamen in ju-  
dicio iudici, se non comparituru dixisset, nec in  
termino comparuerit, contra eu procedetur in  
contumacia c. 7. § porro de sent. excom. in b.  
c. 2. h. l. eod. secus si solum nuntio citanti  
hoc dixisset l. 7. et 9. C. quomodo et quando.
- 15 L. 4. An actor post annu veniens audiendy sit, si  
suis expensis velit iteru lite proseguere? R. neg-  
tive; quia alias frustra anni spatium concederetur  
contumaci ad comparendu, si etiã post ita audiri po-  
set. Nec obstat c. j. h. l. in b. quod in contrariu asse-  
ri solet; quia loquitur de autore, qui in primo termi-  
no non venit, ad quod tunc citari curavit, non veri-  
de eo, qui etiã tribz edictis evocatz intra annu  
non comparuit.

+ curavit



94  
Tit. XV.

De eo qui mittitur in possessionem causa rei servanda.

Q. 1. quomodo missio fiat in bona Rei contumacia; i  
cis, si actor agat actione reali? R. is  
mittitur ex primo decreto seu prima iustione  
ac sententia iudicis in possessionem rei petita,  
sed sola custodia causa, unde per hoc Reg  
deicitur a sua possessione, atq; adeo colet  
agru sicut antea, colligetq; fructu; at actor  
missuq; eos custodit; quod si reg colere nolit  
actor colet, fructu; colliget, et servabit, vel non  
servabiles vendet, et pretiu custodiet, l. 5. §  
22. ff. ut in possess. legat.

Q. 2. quid juris, si reg deposita contumacia, 2.  
intra annu comparuerit? R. si expensas et  
cautione de iudicio sisti, et iudicatu solvendo  
praestiterit, possessione rei fructu; recipiet;  
sin ming, actor post elapsu annu absq; alio  
iudicis decreto verq; efficietur possessor, incipietq;  
praescribere, si in bona fide fuerit l. 5. ff. de  
damno inf. ac rejiciet onq; probandi proprietate  
in reu.

Q. 3. quomodo missio fiat in bona Rei contumacia 3.  
si actor agat actione personali? R. is mittitur  
ex primo decreto in possessione reru mobilium, aut  
imobilium, si mobilia nulla, vel non sufficien-  
tia adsint; si vero reus persistit intra annu  
contumacia, fiet missio ex 2. do decreto, h. e.  
actori vera possessio, vel interdum etia licentia  
res mobiles alienandi, et de pretio sibi satisfaciendi



conceditur l. 7. §. 1. ff. quibz ex causis in pos.  
l. 9. C. de bonis auct. jud.

4. *Q. 4.* Cur non similiter debet secundum decretum  
in actione reali? *R.* ideo, quia in actione  
reali actor dicit se sua esse, idq; ob con-  
taminatam rei verum esse presumatur, at  
in actione personali tantum debitor allegat actor  
nullo <sup>vero</sup> jus circa possessionem rei, unde opus est  
2<sup>do</sup> decreto, quo ipsi possessio rei alieno adjudice-  
tur. \* Et haec apud Canonistas recepta sunt  
ob c. 1. et c. 2. h. t. at civilista plerumq; circa actio-  
nem realem aliter docent, si ut in ea ex primo  
decreto cessant veram possessionem rei acquiri,  
ex 2<sup>do</sup> vero decreto dominium ipsius.

## Tit. XVI.

Ut lite pendente nihil innovetur.

1. *L*is pendere ex parte actoris dicitur, postquam  
libellum obtulit; ex parte Rei vero postquam  
citatio à iudice emanata una cum libello ad  
ipsum pervenit, vel per eum statim, quo minq; per-  
veniret. Clem. 2. h. t.
2. *I*n quosna effectus habeat praesens rubrica seu Regula  
*R.* §. 1. lite pendente possessio manet, ac possessor  
ut prius fructus ex re possessa colligit c. 1. h. t.  
hinc c. 2. eod. dicitur, quod conjugum pendente  
lite, qua agitur de divorcio ob adulterium  
possessione carnalis commercij privati non debet.
3. \* II. Rescripta lite pendente in praesens  
alteriq; obventa non expressa mentione litis  
pendentis reputantur subreptitia; quia in  
dubio non censetur Princeps velle alteriq; juri  
praesens. c. 1. et fin. h. t. \* III. Actionum
- 4.







licite fieri possit? D. 1. ut iudici sumaria con-  
stet de iure petentis sequestro. 2. ut citetur  
is, contra quem decernenda sequestratio. 3. ut  
sollicitans sequestro iuret de calumnia. Myr.  
l. i. observ. 11.

## Sit. XVIII.

### De Confessis.

1. Nota 1. Confessio alia est judicialis, quae  
scilicet fit in iudicio, et de qua dicitur propria  
confessio optima probatio, ac proinde a iudice  
ab onere ulterius probandi relevat. \* alia extra  
judicialis, quae nempe fit extra iudicium; haec  
si fiat absente adversario semiplene solum  
probat, imo nihil, si solum generica fit, ut  
si dicat: Titio debeo centum non addendo, ex qua  
causa seu contractu c. 14. de fide instrum.  
c. 25. § fin. ff. de probat. \* si vero fiat  
adversario praesente cum expressione causae, plene  
probat. d. c. 25. \* sed etiam obtinet si nec  
suis vel negotiorum gestor confessionem coram se  
factam acceptavit. Mascard. de prob. vol. 1.  
conc. 364. q. 3. Excipit nisi confessio motu suo  
facta, postea revocetur c. 4. § ff. de R. J.
2. Nota 2. Ad eliciendam confessionem iudicalem  
tenet adversario certa quaedam positiones ex  
libello extractae porrigi, quo super praevio iuramen-  
to de veritate dicenda respondere iubetur.
3. \* Porro positiones et articuli in praxi pro  
eodem sumuntur ~~mystice~~ ~~preparantur~~, et concipiuntur per modum



interrogationis . vq. Nunquid veru quod hoc et hoc  
die a me mutuū petieris ? nunquid veru quod pec-  
cunia numeraverim ?

Nota 13. si reg Super articulis contumaciter 7  
respondere recuset, ii habetur pro confessis. c. 2.  
h. i. in 6. cu hac tamen limitatione. I. ut articuli 8  
sint relevantes, seu ad causa salte indirecte  
pertineant. II. ut articulans juret de calum- 9  
nia. III. ut non tangant crimen occultu dei ; 10  
ad non tenetur reg se ipse infamare. IV. ut ii  
sint de facto proprio ipsius rei, non de jure, quia  
questiones juris judicii relinquuntur, Gail l. i.  
c. 79 et seq.

1. utrum confessio judicialis absente adversario 12  
valere probet ? R. negative, De jure civili ob  
c. 6. §. ff. h. i. et l. fin. ff. De interrog. in  
iure fac. secus tamen de jure Canonico,  
quia ut ait Jo. Honor. h. i. n. 10. cum alijs,  
niquam videtur, quod confessio judicii scienter  
facta solu ex eo revocetur, quod adversarij  
presens non fuerit, et eo presente contra  
conscientiam contrarium dicatur.

2. An confessio que fit in iudicio semper ha- 13  
benda fit pro judiciali ? R. nisi fiat cora iudice  
pro tribunali sedente, habebitur solum pro extra-  
judiciali. Mascard. de probat. Vol. 1. Concl. 348. n. 28. et 52.

3. An confessio facta cora iudice non competen- 14  
tate habeatur pro judiciali ? R. negative ex c. 4. De  
iuris ; habetur tamen pro extrajudiciali ; quia  
non est ratio, cur hac confessio minq valere debe-  
at, quia ea, que omnino fit extra iudiciu ac  
sine illo presente iudice. \* Sed quid si confessio fiat 15



quidem coram iudice competente, cuius postea cas-  
santur acta, ob non servatum juris ordinem.

¶. Ea nihilominus haberi pro judiciali, quia  
ad hanc plq non requiritur, quod ut fiat coram  
iudice pro tribunali sedente.

16. Q. 4. An si confessio in iudicio revocetur, sem-  
per sit necesse errorem probare? R. si revo-  
catur in continenti, h. e. antequam iudex rece-  
dat, opus non est probatione, sed si ex inter-  
vallo revocetur, et quidem tunc non sufficit sim-  
pliciter probare errorem, sed insuper requiritur  
ut is error ex facto alieno, non proprio, con-  
tingerit, arg. c. 7. de test.

17. Q. 5. Quid requiratur, ut confessio per metum vel  
tormenta extorta aliquid probet? R. I. ut  
constet de delicto. II. ut precedant contra-  
quenda gravia iudicia. III. ut tortus per-  
sistat in confessione, seu extra tormentorum  
aspectum positus ea repetat. c. 2. c. de custodia  
reor.

18. Q. 6. An confessio procuratoris vel advocati  
noceat principali? R. negative, nisi ad hoc  
speciale mandatum habuerit. quia factum cuius  
sua, non alteri nocere debet.

19. Q. 7. An saltem confessio generalium rei alienae  
administratorem, ut sunt Praebati, Tutores &c. ca-  
sua, pupillis &c. noceat? R. negative, si sit  
extra judicialis, talis enim confessio habet valorem  
in donationis, quae rei alienae administratorem  
vetita est. Saepe si sit judicialis. Den. in  
3. n. 10. h. d. supplet tamen adhuc Praebato rem  
restitutionis in integrum.



Q. 8. An reus interrogatus de crimine teneatur 20

illud confiteri? R. negative, si iudex non habeat ius interrogandi, seu si rex nec infamatus, nec alijs iudicijs ad semiplenam probationem gravatus sit. Secus dicendum, quia ista sunt correlativa: iudex habet ius interrogandi; ergo rex habet obligationem veritatem dicendi.

Si tamen rex dubitaret an iudex legitime interroget, tunc non tenetur confiteri; quia in hoc dubio melior est conditio dei possidentis sua fama q.

Alterum nota reus infamatus de uno crimine 21.

non posse interrogari de alijs, etiam in eodem genere, nisi de frequentia sit diffamatus, ut famosus latro, vel fur, quia non potest interrogari, nisi precedentibus iudicijs. Similiter nec

socijs criminis interrogari potest. l. ult. C. de accusat. c. i. h. t. nisi tale sit crimen, quod necessario socium requirit, ut delictum carnis: vel uod cum socijs factum dicitur; vel nisi crimen acceptum sit in publicam perniciem tendunt, ut

7 qualia sunt, qua

arsensus, proditio, falsatio monetae, laesa maiestas.

\* Quid autem, si reus ultro indicet socios? 22

Si persona vilis est, non facit semiplenam probationem, sed tantum dat animum ad inquisitionem nisi alia adminicula concurrant, et plures rei eadem persona consistantur, et in circumstantiis convenient.

9. An confessio a iudice elicita sub spe et 23

promissione impunitatis sufficiat ad condemnandum? Nisi rex intellecta falsitate persistat in



confessione, non sufficit; potest enim revocare, et dicere, se spe impunitatis confessum fuisse.

24.  
7 revelata

¶ Ultimo an confessio sacramentalis in iudicio aliquid probet contra confidentem? R. negative ea reddatur odiosa. Ita omnes.

## Tit. XIX. De Probationibus.

§ 1.

Quid sit, & cui incumbat probatio?

- 1 R. 1. Probatio est ostensio rei dubia et contro-  
2 versa legitime iudici facta. \* R. 2. Cum  
affirmanti incumbat probatio l. r. et ig ff. h. l.  
hinc I. actor qui solet affirmare, regulariter pro-  
bare tenetur. II. Etia reg probare tenetur, si  
3 excipiendo aliquid affirmet, ut v. g. se ja solvisse.  
4 III. in iudicijs, que vocantur Duplicia vel comunia  
ut finium regundorum p. f. ubi scilicet agitur de divisione  
boni communis: et interdum ubi possidetis, uterq;  
litigans probare debet; quia uterq; est actor et  
5 reus. IV. si actor habeat intentione fundata in  
jure, seu si presumptio juris pro ipso sit, tunc  
non actor, sed reg probare tenetur. c. 2. de resp.  
sol. in 6.
- 6 Q. An probari possit, aut debeat negativa seu  
negatio? R. I. Negativa, in qua quis fundat  
sua intentionem, probari debet; hinc si pro-  
beo. vicinam, ne alibi edificet, debeo probare quod  
non habeat jus alibi edificandi. II. Negativa  
juris, ut tu non potes fieri clericus, probari de-  
bet, adducendo illud canone, qui id prohibet. III.  
Negativa qualitatis, ut tu non habes etatem



ad contrahendum, etiam probari debet; quia in-  
 cludit propositionem affirmativam v.g. tu es impubes.  
 Nec. quomodo ergo intelligi debet l. 23. C. h. l. ibi.  
 factus negantis probatio nulla est. Q. intelligi  
 debet de negativa facti, ut si me arguis de homici-  
 dio, non possum probare me homicidium non fecisse.  
 si tamen me arguis de homicidio tali loco ac die  
 facti, possum factum indirecte probare me homici-  
 dium non fecisse, si ostendam me in tali loco  
 illa die non fuisse.

§ 2.

Quot sint species probationum.

Q. Omnes ad novem reduci possunt. n. 1. ali- 7.  
 quid probari potest per evidentiam rei. 2. per  
 confessionem propriam. 3. per ocularem inspectio-  
 nem. 4. per testes. 5. per instrumenta. 6.  
 per juramentum. 7. per presumptionem. 8. per  
 titulum. 9. per libros antiquos et scripturas in  
 lapidibus marmoreis positas.

Porro ex probationibus aliis dicuntur plena, quo 8  
 iudicium plena fidem faciunt. alia plenissima  
 qua scilicet luce et ut inquiruntur clariores sunt,  
 tales requiruntur in Criminalibus. \* alia semi- 9  
 plena, qua non merentur fidem omnimodam  
 de ijs leg. l. Quia vero ocularis inspectio,  
 si fama congrue ad alium et referri nequeunt,  
 sine sit

§ 3.

De probatione qua fit per ocularem inspectionem.

Ocularis inspectio est, dum iudex vel per se 10



- 11 vel per Commissarios rem, de qua lis est, inspicit \* sed non solum in civilibus vq. Dum questio est de novi operis nuntiatione §. de quo l. 5. §. 32. / Item de terminis seu limitibus agrorum §. sed etiam in criminalibus vq. Dum dubium est, an sit vulnus lethale nec ne. \* Ceterum ad inspectionem ocularem regulariter requiritur utriusque partis citatio, nisi forte iudex ex officio clam ad sua informationem inspectionem ocularem suscipere voluerit. Ratio quia quilibet vocari debet ad illum actum, de quo vertitur eius prejudicium, et ubi opus est defensione. Vid. plura apud Roland Tr. de Commissariis l. 3.
- 12

§ 4.

### De Fama.

- 13 Fama, de qua hic loquimur est communis hominum alicuius loci de re aliqua sermo et opinio. Differt à rumore, quod fama fit inter homines etiam graves, et ex verisimilibus indiciis; rumor vero solum inanis vulgi suspicio. Circa famam

- 14 Nota I quod is, qui pro se allegat famam, eam in iudicio saltemper 2. testes probare debeat; non requiritur tamen, ut illi testes deponant, se audisse in eodem loco et ab iisdem personis, sed sufficit si unus nominet alios, qui in alio loco audierit et aliter alios in alio loco. Barthol. in l. 10. §. plurimum n. 4. ff. de qq.

7 à quibus

- 15 Nota II. quod testes de fama deponentes nihil probent, nisi rationem sui dicti reddant, hoc nisi causas, indicia, et ex quibus fama suam originem traxit, specificè exprimant. attamen in factis, quae hominum aetate excedunt, sufficit ut testes sint omni exceptione majores, et



...serant, se ita à suis majoribq <sup>audivisse</sup> ~~intelligisse~~; <sup>quia</sup> ~~quia~~ in ijs factis antiquis causas afferre difficile est.

Nota 3. Quod testes asserere debeant, id quod depo. 16  
nunt, non solum à multis, sed etiam à majore par-  
te populi se audivisse; insuper quosdam etiam nomi-  
nari, necesse est. Ita DD.

Nota 4. Quod fama debeat esse uniformis, non con- 14  
traria; sine si id, de quo litis est, alij negent, alij  
firment, fama nihil probabit; una enim elidet  
alteram.

Nota 5. quod fama in civilibq Causis regulariter 18  
satis semiplene probet, arg. l. 3. §. eiusdem. ff. de  
test. Dixi 1. in civilibq causis, na secus  
est in criminalibq, ibi enim solum movet iudicem, ut  
super crimine diligenter inquireat per c. 24 de accus.

Dixi 2. regulariter; quia in factis, quo hominum 19  
fatem excedunt ob defectu aliaru probationum  
pro fama ferri potest sententia. v. Mascard. vol. 2.  
conclus. 54. n. 8.

Nota 6. In causa matrimoniali, ad dissolvenda 20  
sponsalia, sola fama de affinitate vel consanguini-  
tate sufficit. Ratio, quia tunc periculum est,  
et matrimoniu nulliter contrahatur. Item est 21

conjugi ob diurna absentia viri non possit dari  
scientia alias nuptias contrahendi, nisi certu nunt-  
iu de morte ipsius habeat, c. 19. de sponsal.;  
nihilominus nomine certi nuntij etia fama com-  
prehendi, si sit comunis et ob circumstantias veri-  
similis, docet gloss: cu alijs.

Nota 7. An probationes semiplena diversi generis 22  
conjuncto vq. unq testis et fama faciant plenam  
probatione in civilibq. ff. de test. ff. de aff. Com. variar. resol.  
l. 3. c. 15. secus in criminalibq, ubi probationes debent  
esse plenissimo.



Tit. XX et XXI.

De testibus et attestacionibus  
et de testibus cogendis.

§ I.

De productione et coactione testium.

1. Q. 1. An testes à iudice, vel à producente in iudicium vocandi sint? R. quod iuxta hodiernam praxin à iudice ad instantiam producentis citari soleant; \* s. tamen testes non essent de eius iurisdictione, tunc is per liberos, quas mutui compasus vocant, illorum superiore requirere debet, ut ad locum nota testis eos mittat, vel ipse illos examinet, eorumq; depositiones suo sigillo munitas transmittat.
2. Q. 2. An testis ad comparendum cogi possit? R. aff. et si iurasset, se nolle testimonium ferre c. 4. de test. cogend. Ratio, quia reipublica interest, ut testes finiatur, et ne veritas occultetur. \* s. tamen notitia haberet sub secreto naturali, vel si injusto modo secreti notitia haussisset v. g. aperiendo litteras alienas, vel cogendo ad aperiendum secretum, tunc non teneretur, imò nec possit testificari, id enim adversatur recte rationi, ac juri Divino prov. ii. v. 13. Excipe nisi celatio secreti cederet in grave damnum reipublice, vel necem hominis innocentis; arg. c. 18. de iurej.
3. Q. 3. An teneatur quis testificari, si ei, vel suis imineat inde grave damnum? R. Negative, si crimen sit occultum, nec reipublica pernitiosum. Vid. Lay. l. 4. tr. G. c. 4.
4. Q. 4. Quanam sint personae privilegiatae, ut ad ferendum testimonium cogi non possint? R. Parentes contra liberos et vicissim. agnati et cognati contra



se invicem; Item omnes, qui sibi instar parentu  
sunt, ut pater, et mater, gener, natus, vitricus  
noverca. l. Car. 3. §. lege. caus. 4. q. 3. Excipe  
tamen nisi salus reipublica aliud suadeat, hoc  
enim privato affectui preferenda est.

Q. 5. An testes ac valesudinarij sint ad locu judici- 7  
ij vocandi? R. negative, sed solum domi per com-  
missarios sunt examinandi c. 8. de test. Usu etiam  
receptu est, ut persona illustres depositiones suas  
scriptis consignent, et causas postea ad judicij  
locu mittant.

Q. 6. Cuij sumptibus producendi sint testes? R. 8  
sumptibus producentis; Atque enim gratis quisque verum  
suum dicere debeat, nihilominus obsequium alteri ex-  
hibendum nemini debet esse damnosum c. 11. de rescript.  
in 6.

Q. 7. Quis modo servandus in productione testium? 9  
R. Citandus est adversarius, non quidem, ut examini  
interfuit, sed ut videat a testibus juramentum presta-  
ri, et ut suas exceptiones contra eos proponere  
possit.

§ II.

Quinam sint contra quos excipi potest  
ne testimonium ferant.

R. Eos ad 3 classes reduci; alij enim sunt  
omnino inhabiles, alij solum respectu certarum  
personarum, et alij respectu causarum certarum.

Classis I.

De ijs qui omnino inhabiles sunt.  
Testes omnino inhabiles sunt i. servi, testis 10  
quippe liber esse debet, l. 4. ff. h. t.

XVI.  
estatio  
endis.  
actione  
a produ  
judic  
produ  
n affect  
quas mo  
irere de  
de iuri  
muntur  
de cogi  
estiman  
reipos  
has ocul  
secretu  
had test  
cognit  
fur, int  
rectu  
reipos  
c. 18. d  
ri, q. v  
Nepo  
a penit



- 11 Dubitatur, an monachi, qui seruis aequiparantur, testes sint idonei? *Q. aff. et patet ex c. si. h. d. c. 8. de dolo et cont. c. 26. de iurej. X. Caberiu*
- 12 illa aequiparatio est potissimum acatholicorum j. *cton* qui non satis intelligant canones.
- 13 II. Impuberes, quia ii ob immaturitate ingenij testimonium ferre nequeunt *l. 3. §. 5. ff. h. d.* sed puberes *facti* ~~nunquam~~ teste testari poterunt de ijs, quae in impubertate viderunt, vel audiverunt? *Q. id quid non esse inconveniens; attamen iudex aperire de testib, an impubes verisimilia dicat, an omnium circumstantiarum perfecti meminere, an ad interrogatoria adversarij congrue respondeat, et tunc iudex dijudicabit, quanta fidem haec depositio mereatur. V. Farin. de test. q. 85. n. 53.*
- 14 III. Infames *d. l. 3. §. 5.* sunt autem alij infames infamia juris, qui scilicet a iure ipso facto infames decernuntur, ut sunt exercentes hereticia, histriones, *l. 1. ff. de his qui not.* Item deprehensi in adulterio, incestuose nubentes, polygami &c. vel saltem per sententiam iudicis infames fiunt, ut damnati publico iudicio, i. e. crimine laesa maiestatis, heresis, sed convicti de raptu, adulterio, homicidio, dolo malo et similibus, de quibus *l. 1. ff. de his qui notantur infamia. et l. 1. Cod. ex quib. caus. infam.*
- 15 Alij sunt infames infamia facti, quorum scilicet fama et honor ob crimina commissum apud probos viros cadit; talia autem delicta sunt ea omnia ex quibus per sententiam irrogatur infamia juris, quia fieri requirit, ut quis per sententiam sit infamis infamia juris, quia ante sententiam



107  
si de delicto constiterit, eius fama apud  
probos laesa fuerit. adde adhuc alia delicta  
ex C. 20. ff. l. 13. l. 19. C. jam d. tit. \* Caterum pro- 16  
babilius est, quod huiusmodi infames solum in crimi-  
nalibus, non autem in civilibus causis excludantur.  
vid. C. 54. h. t. et par. ibid. n. 8.

IV. Denique testes inhabiles sunt persona viles, qua- 17  
les sunt pauperes, mendici &c. Ratio, quia in ijs  
periculum est corruptionis. Nilominus etiam  
vales, si eorum nota sit integritas, arbitrio iudicis  
admitti possunt. Jul. clar. C. 5. sent. q. 5. n. 23.

## Classis II.

Quinam <sup>"inhabiles"</sup> ~~adones~~ sunt respectu certarum  
personarum.

Rf. I. Inimicus capitalis contra inimicum C. 19. 18  
De accus. II. Libertus contra Patronum. C. 12. 19  
Ch. d. quod extendunt DD ad Vasallum, ut nec  
huius contra Dominum testis esse possit. III. Iudaei, 20  
pagani, heretici non tollerati contra Christia-  
nos et orthodoxos Can. 24. et 25. Cap. 2.  
q. 7. \* s. tamen in raro casu admittendi essent 21  
Iudaei, Deberent prius iuxta suam religionem iura-  
mentum prestare. IV. Advocati contra suos 22  
clientes, Tutores et curatores contra pupillos  
et minores, arg. C. fin. ff. de test. V. Coniux contra 23  
conjugem C. 4. ff. h. t. VI. Demum parentes con- 24  
tra Liberos, et vicissim. l. G. C. h. t.

Staberus de ijs qui contra certas personas  
testes esse nequeunt, iam videamus quibus prohi-



26. *beantur pro certis personis, testificari. Sicut  
 autem I. parentes pro liberis et vicissim, l. q. c.  
 h. f. II. Consanguinei et affines ob nimiam inter  
 se affectione. c. i. caus. 3. q. 5. Excipe tamen  
 27. 1. nisi impedimentum consanguinitatis, de scil.  
 agitur de matrimonio contrahendo, probandum  
 est. Excipe 2. si causa non sit nimis ardua  
 quia tunc credibile non est, quod ob solam affec-  
 tionem velint perjuriū committere. \* Præterea  
 si consanguinei non sint testes omni excep-  
 tione majores, nihilominus, quod ipsis deest per alia  
 adminicula suppleri potest. v. g. si unus testis ex-  
 traneg pro eodem deponat, vel fama concurrat  
 28. arg. l. 3. §. 2. ff. de test. III. prohibentur do-  
 mestici, qui sunt subiecti, ut filii, famuli, l. per. ff.  
 h. f. Inquilini tamen, coloni, mercenarij & qui non sunt  
 subiecti admittuntur ut testes non omni exceptione  
 29. majores. \* Ceterū domestici testes idonei sunt  
 30. si per dominū ipsi relaxetur juramentū, \* vel aliis  
 quando agitur de ipsi rebus, quæ in domo gesta sunt.  
 31. IV. Prohibetur amicus pro amico testificari l. 3. ff.  
 de testib. atamen non statim ex solo præterito  
 amicitia testis rejiciendus est, sed iudex explora-  
 bit, quanta fides pro maiore vel minore amicitia  
 et persone qualitate, eidem fides adhibenda sit.  
 Vid. Mascard. de probat. vol. i. concl. 86.*

### Classis III.

- Quia <sup>inhabiles</sup> ~~inhabiles~~ sunt respectu certarum  
 causarum.
32. I. Clerici et Religiosi in causa sanguinis  
 contra reū coram iudice laico l. q. caus. ii. q. i.
33. II. Laicus contra clericū in causa criminali



Criminaliter intentata testis esse nequit, posito quod clerici haberi possint, qui super facto testificari valeant. Dixi criminaliter intentata, nam solum ad damnū resarciendū admittitur laicus.

III. In eadem causa criminali minor 20. annis testis est inhabilis l. 20. ff. h. t. 34.

IV. femina in testamento solemni §. 6. inst. de test. ord. 35

et in causa criminali de jure canon. ex c. 17. caus. 33. q. 5. c. 10 de v. s. nequeunt esse testes.

V. Nemo est testis idoneus in causa propria 36

l. 10. ff. h. t. dicitur autē quis testari in causa propria, si ex sua depositione utilitate quanda consequatur etiam secundario tantū et indirecte.

c. 38. caus. 2. q. 6. \* Quid juris si sit controversia inter collegiū et extraneū quonda super re ad collegiū pertinente, an membra eius testes esse nequeant? Idem quod non, si causa directe utilitatem singulorū concernat, secus si comoda totiq. comunitatis; verū ex c. 6. h. t. id videtur simpliciter affirmandū. Caterū nota, quod clerici et religiosi in causa sua comunitatis non nisi ex defectu aliorū testium admittantur. \* nam alioqui si alij extranei notitia rerū comunitatis litigiosarū habeant, obtinebit regula, ut nemo in propria causa testetur. vid. c. 26. fin. de jurej.

¶ Si quis testes minq. idoneos pro se produxerit, et illi prater spem contra eū deposuerint, an ab eo repelli possint? §. quod non, quia per sua productione probati censentur, excipe nisi probaret eorū inidoneitate primū ex post facto sibi innotuisse, vel nisi solum exciperet contra eorum dicta; puta quia sibi contradicunt. c. 17. c. h. t.

37 non aufang

7 quida

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50



### § III.

De juramento, interrogatoriis et examine

testium.

42. *Q*uis sit modus recipiendi testes? *R.* testes  
i. juramentum prestare debent de veritate dicenda  
c. 17. h. t. id tamen ex consensu partium remitti potest.
43. \* Imo usu ferme receptum est, ut personae illustres  
solum sub fide sua nobili deponant; consuetudine  
tamen juramentum hoc abrogari nequit; quia haec esset  
irrationabilis.
244. 2. conficiuntur interrogatoria, quorum  
alia sunt generalia ut i. quo nomine testis vocetur.  
2. cuius sit aetatis. 3. cuius conditionis. 4. an conjunc-  
tus producenti. 5. an inimicus parti adverso. 6. an  
non subornatus. 7. an in lite aliquod interesse habeat.  
8. an non testes prius inter se convenerint, quid dicere  
velint. 9. utri parti opteat victoria. \* alia vero  
sunt specialia, et sunt ea quae ipsa factu eiusque cir-  
cumstantias, puta locum, tempus &c. attingunt, et haec  
omnia in loco iudicii fieri debent.
47. 3. proto-  
colantur eorum dicta, et quae deposuerunt, illis  
prolegantur, ac cum silentio dimittuntur.
- 246.

### § IV.

De publicatione attestatorum et excepti-  
onibus contra dicta testium.

47. *Q*uid incumbat iudici post testium examen?  
*R.* quarit ex partibus, num publicatione i. e. publi-  
cam profectione depositionum testium vel ulteriori  
testium productione petant? testes enim tertia  
vice produci posse habetur c. 15. 36. 55. h. t.  
imo et quarta conceditur, si producere iuret  
quod id non faciat animo calumniandi, nec didicisse  
quid priores testes deposuerint. c. 55. h. t.



L. 2. qualem effectum habeat publicatio a testatione? Rf. Hunc quod non liceat amplius alios testes producere c. 17. h. t. \* adeo ut neq. in 2da instantia de jure canonico s. secus de jure civili: novi testes admittantur, Clem. 2. h. t. \* si tamen justa causa interveniret, ob qua iudex melius informari deberet, poterunt etiam post publicationem testes de novo produci vid. Pan. in c. 17. n. 4.

48  
49  
50

L. 3. An post publicationem contra personas testium excipere liceat? Rf. Negative, Ratio quia per perita publicationem testis iam censetur approbatus. Excipe 1. nisi adversarius promisso juramento malicia ostendat primum post publicationem inhabilitatem testium sibi innoxisse. 2. nisi per protestationem hoc jus sibi reservasset. vid. c. 51. h. t.

51

Itaq. regulariter post publicationem non nisi contra dicta testium excipi potest, ut I. quia testis deponit sine ratione scientia i.e. non addens, unde id sciat, quod dicit. II. quia nimis est verbosus et vagatur extra articulum. \* III. quia solum deponit ex credulitate, seu quod credat rem ita esse;

52  
53

si tamen graves allegat causas, facit saltem urgentes presumptiones, quae cum alijs adminiculis civiliter plene probant. Imo valet depositio ex credulitate, si artifex deponat ex peritia sua artis e.g. si chirurgus dicat, credo vel non credo vulnus esse lethale. IV. quia testis non de proprio, sed de auditu alieno deponit; Excipiuntur hic facta antiqua, de quibus supra §. 19. n. 19 et 20.

54

V. quia testis dicit inverisimilia, seu quae ab eo via fieri potuerunt. VI. quia vacillat, et variat.

55



56. VII. quia sibi contradicit; si tamen post inter-  
vallum 2<sup>da</sup> depositione revocet, prima quidem  
totaliter irrita non fiet c. g. h. f. erit tamen  
suspecta, hinc iudex discernet, cui depositioni  
major fides adhibenda sit. VIII. quia testis  
57. est singularis, scilicet non habens alium conteste  
circa illud ipsum factum, de quo deponit, hic enim  
solum semiplene probat. C. g. d. s. C. h. f.

58. Excipiuntur tamen quidam casus; sic unus testis  
matrimonium contrahendum impedit, si deponat de  
sponsatos v. g. esse consanguineos c. 22. h. f. quia  
sic redditur res dubia; ad in dubio tamen est  
abstinere à matrimonio. 2. creditur artificio  
in sua arte iudicium ferenti, si plures in eo loco  
haberi non possunt. 3. creditur nuntio aut officii  
ali jurato in his que pertinent ad suum officium.  
~~V. Authore nostro hic n. 57.~~  
Vid. Engel hic in. 57.

## Tit. XXII.

### De fide Instrumentorum.

#### § I.

#### De Instrumentis publicis.

1. Instrumenta nihil aliud sunt, quàm illa scrip-  
tura, qua ad causam probandam à partibus  
adferuntur.
2. Alia sunt privata, qua à privatis personis, et  
alia publica, qua à persona publica, qualis est  
v. g. Notarius, conficiuntur. publica dicuntur authen-  
tica, quia ea est illorum auctoritas, ut publi-  
cam i. e. omnium fidem mereantur.



# Sectio I.

## De Instrumentis per Notarium publicum confectis.

L. 1. Quis creare possit Notarios? 3  
Papa, Imperator, et qui ab illis hoc privilegium acceperunt, uti sunt comites palatini, et inferiores Principes, imo etiam Episcopi. Speculator in d. de inst. edit. § 8. n. 22.

L. 2. An Notarius in uno loco creatus possit ubique terrarum instrumenta conficere? 4  
A. Comarij affirm. Si sint a sumis Principibus creati, verum in camera non recipiuntur Notarij casarei, nisi fuerint prius probati et immatriculati. Unde, ut video attendendum est ad consuetudinem.

L. 3. Quid ad valorem instrumenti requiratur? 5

§. I. ut Notarius sit rogatus. II. ut illic negotij, de quo instrumentum conficit, habeat scientiam per se. 6  
Unde necesse est ut actui intersit. Nov. 44. c. i. \*

§. I. si tamen partes inter quas in absentia Notarii negotium gestum est, coram eo quasi de novo omnia repeterent, valeret instrumentum de super confectum. 7

§. 3. ut instrumentum conficiatur sine causa cognitione; hinc non valebit, si ad mea petitione abestetur, quod res mihi comodata sine culpa mea perierit; hoc enim causa cognitio ad iudicem spectat. 8

§. 4. demum oportet ut totum negotium cum clausulis, circumstantiis debitis et causis describat; hinc instrumentum non probaretur, si Notarius solum enarraret venditione v. g. inter partes celebrata, non faciens mentionem de pretij numeratione &c. 9



- 10 Notat tamen 1. Gail l. 2. off. 13 et 71. Instru-  
 mentu ob imperfecta narratione non currere  
 11 ipso jure, sed sola parte excipiente. \* 2. satis  
 probari numeratione pretij, si in genere de solu-  
 tione mentio fiat. 3. Instrumento antiquo credi  
 12 debere, et si solum in genere contractus exprimat.  
 13 L. 4. quana requirantur ad forma instrumento-  
 rum. §. quid forma instrumentorum abinet  
 requiritur I. ut premittatur invocatio sanctis-  
 simo Trinitatis. II. nomen Pontificis, Impera-  
 toris, imò et Principis territorialis. III. annus  
 indictio, mensis, dies, locus generalis vq. civitatis,  
 et specialis scil. domus ipsa, in qua confectum instru-  
 mentu. IV. Nomina et cognomina testiu, quoru  
 14 ad minimu duo esse debent, non tamen, testam-  
 to excepto, rogati. Ultimo Notarij se manu  
 propria subscribere debet: quã auctoritate, Pon-  
 tificia vel cesarea Notarij sit, addendo, simulq.  
 15 signu Notariatus agonet. An omnes isto so-  
 lennitates sint de necessitate, variant AA. ob  
 Constit. Maximiliani I Imperatoris in Comitibus  
 Colonensibz de An. 1512, ubi id innui videtur.

## Sectio II.

### De alijs Instrumentis authenticis.

- 16 Instrumentis publicis accensetur I. ex l. fin. C. de  
 re jud. Protocolu, quod est ille liber, in quo acta  
 judicialia scil. actiones, exceptiones, confessiones,  
 17 depositiones testiu & conscribuntur. II. Illa  
 scriptura, quã pro sui confirmatione sigillum  
 authenticum, puta principis, Episcopi, Pralat,



105

Capituli, civitatis vel alterius communis habent  
expressum \* ut tamen <sup>hoc</sup> plene probetur, debet esse  
integrum et notum c. 6. h. t. Item apponens sigillum 18  
ei se subscribere debet. III. Ista scriptura si a 19  
quibuscumque demum confecta fuerit, ex archivo pub-  
lico desumpta auct. ad hoc. c. h. t. \* Caterum 20  
jus archivi solum competit Prelatis majoribus  
scilicet Episcopis, eorumque superioribus, ac ipsi Dominis  
temporalibus, qui in suis territoriis exercent iura  
Imperii et regalia; modo tale archivum <sup>sit</sup> sub custo-  
dia alicuius officialis. Vid. Card. Tusc. in lib. A.  
concl. 486.

Igitur scripturis ex archivo monasterii vel do- 21  
mini territorialis non habentis iura regalia desump-  
tas ad probanda propria iura, regulariter non cre-  
ditur l. 7. c. de probat. in rebus tamen alienis  
quando scilicet unus subditus tales libros allegat  
contra alterum, vel contra Dominum, aut Dominus  
contra subditum fidem faciunt, modo tales libri  
pro authenticis habeantur, vel etiam si facta sint  
antiqua, et hominum memoriam excedentia. Bald.

in d. t. 7. IV. Demum etiam ista scriptura, 22  
quo inter privatos fiunt v. g. super contractibus  
cum subscriptione trium testium veluti publica ha-  
bentur; hinc Titius v. g. qui hypothecam habet 3.  
testium subscriptione, nunquam regulariter pro-  
feratur Cajo, qui tenet hypothecam in simplici Chy-  
rographo constituta, et si hic prior tempore esset  
l. 11. c. qui potiores in pign. \* Excipe tamen, nisi 23  
Caius probaverit, se nihil dolo malo egisse. Nota  
apud Farin. in Decis. Crim. doc. 28 et 120.



De Instrumentis privatis.

24

Instrumenta privata dicuntur, chirographa quibus creditu nos accepisse, vel apocha, quibus debitu nobis solutu esse, fatemur; ite epistola, registra, rationes, schedula, alio annotationes privata.

25

Nota I. quod scriptura privata, ut confessio extrajudicialis scripta, chirographa p. regulariter contra ipsu scribente plene probent; partim quia scriptura semper loqui censetur, partim quia in majori deliberatione solemus scribere qua loqui l. 26. § fin.

26

H. de positi l. 13. C. de non num. pecun. \* Imo in Austria chirographa, que continent causa obligationis parata habent executionem i.e. debitori seu scribenti se accepisse mutuu, injungitur solutio, nec auditur, nisi postqua solverit.

27

Nota II. si aliquis fateatur in chirographo privato se accepisse pecunia mutua, qua revera non accepit, competit ei exceptio non numerata pecunia intra bienniu proponenda l. 14. in fin. C. de non num.

28

pec. \* similis exceptio competit creditoribus, qui citiq tradunt apocham seu quittance, qua debiti solutione receperint. Veru haec exceptio intra 30 dies proponi debet. vid. DD. in tit. just. de liber. oblig.

29

Nota III. chartam bianca nomine ac sigillo domini munitam parum contra ipsu probare, si excipiat, procuratore in ea aliqua preter sua intentionem scripsisse. arg. l. 10. C. de donat.

30

Nota IV. Quod etsi scriptura privata pro ipso scribente nihil probet; nihilominus registris et rationibus tutoru, negotioru gestoru, procura



106  
torum et similia, saltem accedente juramento  
creditur; Jason in l. 32. ff. de iurej. n. 125.

Nota V. quod epistola, in qua debitum exprimitur, 31  
ab altero accepta, probet contra eum, si non contradi-  
cat, quia sic debitum fatetur. Clem. i. de  
procur.

Nota VI. Probabilis esse, libros mercatorum pro 32  
ipsis semiplene probare, ac in supplementum plene  
probationis juramentum eis deferri posse, \* modo  
I. mercator sit alias bono vite et fame. II.  
rationes propria manu conscripserit. III. causa  
debiti expresserit, ac IV. eiusmodi liber data et  
accepta contineat. Vid. Gail. l. 2. off. 20. subing.  
off. 73.

### § III

## De productione et impugnatione Instrumentorum.

Nota I. si instrumentum plures articulos con- 36  
tineat, tantum illi qui ad causam faciunt, sunt  
exhibendi adversario c. 9. h. d. iudici tamen totum  
edendum esse docet Gail. l. 1. off. 106. n. 10.

Nota II. quod actor, si ad probandum instrumen- 37  
tis egeat, ea in promptu habere, et non a reo pe-  
tere debeat. ratio enim non patitur e domo ad-  
versarii arma ad ipsam conficiendum desumere. C. i.  
de probat. l. 4. C. de edendo \* secus tamen di- 38  
cendum de reo, is enim ab actore rationes et in-  
strumenta petere potest. l. 5. et fin. C. de edend.  
aquisissimum enim est, ut provocatus ad se tuendum  
arma, ubicunque potuerit, capessat.

Verum haec regula, quod reus actori sua



Instrumenta edere non debeat, patitur exceptio-  
nem I. in illis instrumentis, quae utriusque parti sunt  
communis, ut sunt acta judicialia, testamentum,  
item instrumenta inter ipsos contrahentes et  
super contractibus confecta. \* II. si actor sua  
principale intentione iam probavit, et tantum circa  
40 empti. III. si instrumenta originalia sunt  
deperdita, et copias extendi peres reus. Par. in.  
41 c. i. de probat. IV. Fiscus statim ab initio  
rationes et instrumenta Rei saltem in causis civilibus  
petere potest ad sua intentione fundandam.  
l. 5. ff. de edendo. Hunc Fiscus favorem  
Jo. And. et Panorm. extendunt ad causas in-  
42 jure favorabiles, quales sunt matrimoniales et  
omnes causa pio. \* At ipsi non alter asser-  
timur, nisi causa favorabilis alijs probationibus  
43 plene destituta sit, ac simul aliquas conjectu-  
ras pro se habeat. V. demum usurarii  
si ad restitutionem usurarum conveniantur,  
ipsi vero negent se usuras exercere, vel exercuisse  
aut sibi solutas esse, compelli poterunt, ut  
codicem suarum rationum exhibeant Clem. un.  
& Cetera de usur.

44 Sed quid dicendum si ab aliquo tertio, qui non sit  
unus de colligantibus petatur editio cuiusdam  
instrumenti apud eum existentis, nunquid ad edan-  
dum compelli poterit? Quod si editione petens sua  
mariter saltem per presumptiones, aut semiple-  
nas probationes docere possit, sua interesse,  
ut illud instrumentum edatur, debere iudicari



mandatum ad edendum decernere. Ratio est, quia instrumentum est pars probationis, et quemadmodum testis cogi potest, ut testimonium pro tertio dicat ita etiam omnino convenit, ut pro tertio instrumentum tanquam testimonium scriptum exhibeat. Gail d. loc. obs. 106. n. 2.

Nota jam III. quod instrumenta post conclusionem 45. in causa si secus ante si regulariter produci nequeant. Ratio, quia conclusio in causa est terminus exclusivus omnium probationum. c. 9. h. t. \* Dixi regulariter, excipe enim I. Si producentur iure instrumenta post conclusionem in causa esse re-  
perta. II. Si causa sit matrimonialis, in qua de nullitate matrimonij agitur. c. 7. de sent. et re jud. III. Si causa sit criminalis. l. 18. §. pen. ff. de quest. IV. Si instrumentum non ad probandum, sed ad priores probationes declarandas proferitur. V. Si conclusio in causa sit a partibus cum protestatione et reservatione juris producendi alia instrumenta. VI. Si instrumenta solum fiat responsa facultati. VII. Nisi iudex ulteriorem probationem exigat. Achenus de productione instrumentorum, nunc de impugnatione eorum. Itaqz

45.

46.

47.

§. 1. Ex quibus causis contra instrumenta excipi 48. possit? §. I. Si non habeant debitas solemnitates de quibus supra. II. Si non exhibeantur in originali c. 1. h. t. et l. 2. ff. eod. \* Si tamen deper-  
dita sunt originalia, fides adhibetur copiis, quae ex originali ad inspectionem iudicis desumptae sunt c. fin. h. t.

48.

49.

§. 2. quid dicendum de illis copiis, quae per solu 50.

50.



Notariū publicū sine presentia iudicis ab eoz  
attestationem habent, quōd cū originali concordent?  
R. Cū originale possit habere rasurā vel aliū  
defectū; hinc patet, quōd copia ex eo desumpta  
non faciant plenā fidem; faciunt tamen magnā  
presumptionem, ita ut adversariis non excipienda  
vel aliās status causa ob antiquitatem vel alia  
ratione minū perfectas probationes admittat,  
etiam talibz copiis fides haberi possit. Farin.  
in decis. crim. l. 2. dec. 368.

51. L. 3. An consuetudine introduci possit ut predictis  
copiis plenē credatur? R. affirm. et facit lec-  
tus in c. 9. h. l.

52. L. 4. Quid juris, si actor dicat se instrumentū  
perdidisse, producat autē testes, qui de tenore  
instrumenti testentur, an audiendū sūt?

R. dent comuniq. affirm. si de tenore instrumenti  
eunq. tale et tale fuisse testentur, hac tamen  
limitatione i. ut probetur amissio instrumenti  
salte per juramentū. 2. ut testes sint periti  
ac proinde testari possint instrumentū fuisse  
sine vitio ac suspicione falsitatis. Lar. in c. 12.  
de Crivil. \* Verū cū ex supra dictis cognitū

53. de instrumenti integritate ad solū iudicem  
spectet, probabilis est, quōd ait gloss. in l. 4.  
C. h. l. nempe dicta testū circa amissū instru-  
mētū facere quidem vehementē presumptionē, sed  
ut plenē probent, juramentū parti deferri debet.

54. L. 5. Quid juris si adversariū dolo malo instru-  
mentū subtraxerit, vel corruerit? R. eo casu  
valore instrumenti per solū juramentū probari  
l. 20. C. de prob.



Quand sunt alia causa, ex quibz contra instru- 55  
 menta excipi potest. R. Excipitur 1. contra  
 instrumentu per aliud instrumentu contrariu, nisi  
 inter se conciliantur; \* Quod si conciliari ne- 56  
 queant, stabilius magis authentico, rejecto altero,  
 arg. c. 32. de testib. si vero neutru habeat ali-  
 qua prerogativa, neutri credendum est gloss.  
 in c. 14. v. melius. C. de contrah. stipul.

Excipitur 2. contra instrumentu si vel ungu testis 57  
 in instrumento descriptus negat se interfuisse  
 confectioni instrumenti; tunc enim corrumpere  
 instrumentu necesse est; excipe nisi ille testis  
 supernumerarij fuisse. Vid. Richard. c. 15. C. h. t.

\* At quid si duo testes extranei <sup>contra</sup> instrumentu 58  
 producantur an etiam tunc corrumpet? R. aff. si  
 sint omni exceptione majores, ac praestiterint jura-  
 mentu; tales enim pleriq probant, quod charta  
 in qua licet testes scripti sint, at quia mortui  
 sunt supponimus: / examinari nequeunt, an actu inter-  
 fuerint q. quod si adhuc viverent, tunc ad ex-  
 pugnand instrumentu tot persona omni exceptio-  
 ne majores requiruntur, et uno salte plures <sup>quos</sup> <sup>quos</sup>  
 pro instrumentis deponunt. v. Engel hic.

Testes quid juris, si adversarij negent privatum 59  
 instrumentu v.g. chirographu a se scriptu? R.  
 debet convinci vel per testes, qui dicunt se inter-  
 fuisse, et vidisse instrumentu ab adversario  
 confici, vel per comparatione alteriq ipsius scrip-  
 tura. \* Veru haec comparatio etsi olim 60.  
 sufficiens reputata fuerit, hodie tamen ex Auth.  
 at si contractu. C. h. d. tantu semiplene probat;  
 quia experientia constat, plures esse, qui



alterius manu <sup>ita</sup> exactè imitari possent, ut id etiã  
à perspicacissimis discerni nequeat.  
Excipitur demò ultimo contra instrumentũ ob  
rasurã, sed de hac dicim⁹ in d. de Rescript.

## Tit. XXIII

### De Præsumptionibus.

1. *L. i.* quid sit et quod duplex præsumptio. *Q. ad*  
1. Præsumptio est iudiciũ de re dubia ex va-  
riis indicijis et concurrentiã variarũ rei cir-  
cumstantiarũ conceptũ. *Q. ad 2.* alia  
est præsumptio hominis et alia juris.
2. Præsumptio hominis est, quæ à viro prudente  
vq. iudice formatur absq. eo, quod ea iura  
expressè et specifica statuant; sic præsumit  
homicida, qui stricto gladio è domo occisi  
egreditur. Quid sit præsumptio juris dicam⁹ n. 8. interim.
3. *L. 2.* An præsumptiones hominis plenè probent?  
*Q. 1.* negative, si alijs adminiculis vq. fama, uno  
teste q. non fulciantur. *Q. 2.* si fuerint  
violente, seu morale certitudine fecerint,  
in civilibus ita plene probant, ut sententia ferri possit. Vid.  
3 Regu. c. 3. d. c. 2. h. t.
4. *L. 3.* an etiã in causis criminalib⁹ sufficiant  
præsumptiones violente ad condemnandũ reũ.  
*Q.* quod non, quia in criminalib⁹ requiruntur  
probationes tunc meridiana clariores l. fin. c.  
de probat. ac proniores esse debent ad absol-  
vendũ quã condemnandũ præsertim in crimi-  
nalib⁹ l. 47. ff. de o. et ff. \* Unde in foro  
civilib⁹ prius debet adhiberi tortura, ut extorque-  
quatur confessio; In foro vero Eccles. iudicatur



purgatio canonica, i.e. Reus debet jurare de  
sua innocentia, atq; alios adducere testes, qui  
jurent se credere ipsum esse innocente, in qua  
purgatione si defecerit, tunc demum lingua  
convicti condemnabitur c. 23 de accus.

Equidem non nulli sunt, qui existimant, condem- 6  
nari quidem reum posse ex presumptionibus, sed  
poena mitiori; eoquod c. 14. h. t. cuidam de ha-  
resi graviter suspecto, nec tamen convicto in-  
fligitur poena, sed tamen mitior. \* Verum haec 7  
sententia videtur esse inconveniens, quia per  
hoc, quod delictum minus vel magis probatum sit  
non augetur nec minuitur malitia delinquentis;  
Unde ad c. Respondens suspectus de haeresi  
non punitur propter ob haeresin, sed propter  
scandalum ex eius conversatione cum haereticis ortu.

Q. 4. quid sit praesumptio juris? R. praesumptio 8  
juris est, quae nititur auctoritate legis. Duplex est  
alia enim est juris et de jure, cui nempe jus  
ita fortiter innititur, ut ea pro veritate habenda  
decernat, et alia juris tantum, cui scilicet jus tantum  
innititur, donec adversarius contrarium ostendat;  
\* Unde ut vides in praesumptionibus juris et de jure 9  
non admittitur probatio in contrarium, secus in  
praesumptionibus juris tantum.

Exempla praesumptionum juris et de jure habeantur 10.  
c. 30. de spons. ubi videre licet ante Tridentinum  
ex concubitu sponsi cum sponsa praesumptum fuisse  
matrimonium. Item c. fin. d. fin. C. ad S. C.  
Maced. et alibi reperiri. Exempla vero juris tan-  
tum videri possunt c. de rest. spoliat. in b. c. fin.  
de presb. non bapt. c. j. de pecul. cler. l. 11.  
d. 8. ff. ad l. Jul. de adult. \*



Ceterum quomodo presumptio juris et fictio juris  
inter se differant diximus §. de const. n. 41.

## Tit. XXIV.

§. 1.  
De juramento in genere, et  
ejus divisionibus.

### De jureiurando.

1. Quid sit juramentum? R. est invocatio  
divini nominis ad fidem dictis faciendam  
vel firmandam promissionem. \* ubi notandum  
fieri id posse vel explicitè, dicendo v.g. testis  
est mihi Deus, vel implicitè, ut si quis  
juret per animam suam, vel per signa; sic à  
subditis juramentum fidelitatis non nisi per  
manus porrectionem praestatur. \* Verba tamen  
juramentum continentia non sunt, per fidei meam  
sub fide sacerdotali, sub fide mea nobili;  
quia nullo modo invocatione Divini nominis  
involvunt; \* in foro tamen externo jura-  
menti loco acceptantur. Vid. Gail. C. 2. off.  
59. Mynf. Cent. 1. off. 17.

2. Quid requiratur ut juramentum licitum sit?  
R. 3. debet habere comites, nempe veritatem, iudicium  
justitiam. perem. 4. \* veritatem requirere est  
clara, ne scilicet Deus in falsitatis teste invocetur,  
ubi nota, quod in juramento promissorio tam  
veritas dicti, quam intentionis intervenire debeat,  
nam perjurium non solum committitur, si non serves,  
quod promittis, sed etiam si ab initio intentionem  
non habueris servandi. \* iudicium etiam in jura-  
mento desideratur, i.e. juramentum fieri debet  
ex deliberatione et ex justa causa necessitatis  
vel utilitatis; hinc pueri ante annos discretionis  
validum juramentum praestare nequeunt, licet post



annos discretionis, arg. c. i. de delict. pueror. in  
iudicio tamen ante annos pubertatis ad jurandum  
adigendi non sunt. c. 15. caus. 22. q. 5. *\* Iustitia* 8

denique juramentum comitari debet, quia hoc non  
debet esse vinculum iniquitatis. hinc non obligat  
juramentum factum contra aliquam virtutem, vel  
contra jus publicum, quod publicam utilitatem respicit. *\* Scilicet*  
cit. *\* Secus* si utilitate privatorum concernat. 9

Unde c. 28 h. d. jubetur mulier stare juramento  
super alienatione dotalium, et si consensus in hanc  
alienationem alias jure civ. sit irritus. *\* Item* 10  
non obligat juramentum factum in prajudicium tertij.  
nam res inter alios acta alijs obesse non debet.

Sed haec quo de iustitia juramenti dicuntur 11  
in juramento promissorio solum locum habent, nam  
in juramento asseritorio potest res jurari, quae est  
v. g. contra virtutem, sic potest jurare Cajus adul-  
terium, quo utiq. laeditur iustitia, commisisse.

Q. 3. An juramentum adjectum contractui a jure 12 +  
civili in favore privatorum irritato vim habeat  
ad confirmandi, si ut ex invalido fiat validus?

Nota hanc q. non esse levis momenti, si enim  
dicatur solum juramentum servandum esse, eo quod  
pactum de jure invalidum per juramentum firmari  
nequeat, tunc si is, qui juravit, e vivis decedat, ante-  
quam juramentum impleverit, haeres eius ad im-  
plendum non tenebitur; nam juramentum est per-  
sonale, nec egreditur animam jurantis. Ita ad q. 13

Q. aff. ex c. 2. de pact. in b. ubi pactum quo fi-  
cia hereditati paterna renuntiavit, dicitur ju-  
ramento firmatum, licet aliqui de jure civ.  
sit nullum.



14 §. 4. quomodo dividatur juramentum? §. in promissorium et assertorium. Promissorium dicitur quod ad confirmationem promissionis vel conventionis assumitur. Assertorium vero est, quo simpliciter sine promissione aliquid negatur vel affirmatur, et de hoc jam nobis agendum. *orig* tamen adhuc circa juramentum promissorium

15 Nota 1. si hoc aperte sit nullum ex defectu justitiae, ut quia jurans illud sine peccato servare

16 nequit, non indigebit absolutione. \* si vero ex una parte sine peccato servari possit, sed non ex altera, ut si quis juret usurario, usuras se soluturum, absolutio petenda est, quod si jam solvisset usuras, repetitio eorum conceditur c. 6. h. d.

17 Nota 2. Juramentum validum et obligatorium ab eo solo remitti posse, in cuius favore factum est. Dubium tamen non est, quin per potestates ecclesiasticas saltem indirecte remitti non possit. Vid. c. 13. §. 1. de reat. de Hares.

## §. 11.

De juramentis quae in processu iudicario interveniunt.

Juramenta huiusmodi alia remote alia proxima respiciunt decisionem causae, de remotis jam diximus §. 7. et 20 ubi egimus de juramento calumniae et malitiae testium. excepta cautione juratoria, pro cuius intellectu breviter

18 Nota, quod partes ad initium litis soleant à se invicem cautionem seu satisfactionem exigere, de iudicio fisti et iudicatu solvi, i. e. quod in iudicio usque in fine persistere et sententiam



114  
parere velint; à qua tamen cautione imunes  
sunt, qui bona imobilia possident. Jam verò cu  
sape contingat, quòd litigans nec fide jussores, qui  
pro eo caveant, nec bona imobilia habeat; hinc  
in huius defectu admittitur cautio juratoria, qua  
scilicet: juratur de iudicio sisti et iudicatu solvi.  
Jam progrediamur ad iuramenta, quò ad causæ  
decisione proximè spectant. Circa qua rursus  
Nota, quòd illorù tres sùt species aliud eni 19  
est iuramentu voluntariu aliud judiciale, et  
aliud necessariu seu suppletoriu. Aliqui  
tota 2 species constituunt, unde et iuramentu  
judiciale ad voluntariu referunt, an bene mox  
videbimus.

## Sectio I.

De iuramento voluntario et iudiciali.

L. 1. quid sit voluntariu iuramentu? Id est  
id, quod pars parti extra iudiciu defert sub  
ea conditione, ut si jurare auserit, absq; alio  
processu victoria obtineat. Vg. mutuari Titio  
ios florenos, quos negat accepisse, ja non extat  
chirographu, quo mutuu probetur, hinc defero  
Titio iuramentu, qui si juraverit mutuu non  
accepisse, absolvitur à debito.

L. 2. quid sit iuramentu iudiciale? Id quod sit  
id, quod à parte parti in defectu aliaru proba-  
tionu defertur, et secundu hoc voluntariu  
dici potest; differt tamen à iuramento volun-  
tario I. quod hoc à partib; extra iudiciu, illud



verò in ipso iudicio deferatur. Arg. C. 17. ff. h. l.  
II. quod pars, cui delatum est iuramentum voluntarium,  
non habeat necesse iuramentum subire; is verò cui  
judiciale deferatur, illud vel subire debet, vel  
adversario referre, ut ipse juret, quod l. g. mutun  
23 dederit. C. 38. ff. h. l. III. quod in iuramento  
judiciali approbatio iudicis intervenire debeat.

24. C. 12. C. De reb. cred. Secus in voluntario. \* IV.  
Denique quòd si Caius Vg. iuramentum iudiciale Ti-  
tio detulit, is verò Caio referat, regulariter  
non poterit recusari à Caio, nisi velit haberi pro  
confesso d. C. 12. §. 1. ad iuramentum voluntarium  
cum ex utraque parte plane liberum et voluntarium  
sit, non potest referri cum hoc effectu, ut de-  
ferens illud subire, vel causa cadere debeat C. 17

25 ff. h. l. \* P. j. Dixi regulariter, sunt enim quaedam  
causae ex quibus iuramentum delatum recusari potest,  
ut I. et praesumpta si ignoretur factum, super quo iura-  
mentum deferatur, quis enim de ea re qua ignorat  
iuramentum veritatis prestare valet. II. si deferen-  
ti vel ob fori competentiam vel ex alia causa  
actio non competat C. 35. §. fin. ff. h. l. III.  
si is qui iuramentum detulit id revocaverit, ac rursus  
deferre velit; talis enim variatio non est  
admittenda C. 11. C. de reb. cred.

26 L. 3. An rex cogatur iuramentum subire, si actor  
statim in principio litis nullà alia probatione in-  
structus ipse deferat? D. aff. ex C. 35. ff. h. l.  
ubi dicitur, quod tutor pupilli omnibus alijs proba-  
tionibus deficientibus sit audiendus l. 1. ff. de edic. sed etiam  
eruitur ex C. 12. pr. C. de reb. cred.

Dices actore non probante reus absolvitur.  
C. fin. h. l. ergo D. absolvitur in eo casu



quo iusjurandum non exigeretur, sed solum proba-  
tiones à domo rei sumere vellet actor c. si  
iurandum exigitur N. Vid. Fachin. l. i. Cont. c. 19.

Q. 4. An reus possit iuramentum delatum recusare 27  
si dicat, se paratum alijs probationibus iustitia  
causa sua demonstrare? Praefero ego affir-  
mativa negativo, quia c. 2. de probat. dicitur  
ad iuramentum tunc recurrendum esse, cum alia  
legitima probationes defecerint; ad quia per  
iuramentum citig finiuntur lites; hinc <sup>autem</sup>  
Engel<sup>hinc</sup> docet, id arbitrio iudicis relinquendum esse.

Q. 5. An rex teneatur prestare iuramentum 28  
delatum, si adversario propterea referre non possit,  
quod is facti ignarus sit. R. aff. arg. l. 34.

§ 8. ff. h. r. \* quia suspitetur <sup>quis</sup> recusare videtur 29  
iuramentum in causa propria, apparetque quod  
mala habeat causa, cum jurare non audeat. Fach.  
l. i. c. 12.

Q. 6. An iuramentum necessarium ob perjurium retrac-  
tari possit? R. aff. si contra jurante per proba-  
tiones vel instrumenta noviter reperta probetur  
falsum l. 31 ff. h. r. Secus tamen censent plerique  
de iuramento voluntario iudiciali, quia hoc con-  
tinet specie transactionis. \* Verum si aliquis  
posset per probationes in continentia paratas iura-  
menti iudicialis falsitate demonstrare, equivo-  
cus est, ait hic P. Engel, ut audiatur per l. fin.  
c. de reb. cred.

Alterum est cavendum est ne quis sit princeps  
in iuramento deferendo, sed satis est, ut prius  
exigatur ab adversario iuramentum calumniae.



Ratio, quia est, v.g. reus jurando de calumnia  
forsan periuret, adhuc tamen tunc liberderit  
actori, an per probationes libet promovere, vel  
in eorum defectu primū juramentū judiciale  
deferre vellet.

## Sectio II.

### De Juramento necessario.

34. Juramentum necessarium est, quod à judice alteru-  
tri parti in supplementū probationis deferitur. l. 21  
h. t. Dicitur necessarium, quod non ex voluntate  
partium sed à judice deferitur.
35. Sunt autem quaedam causae in quibus hoc juramentū  
suppletorium deferri nequit. ut I. si causa sit  
criminalis, in hac enim requiruntur probationes  
clarissimae. Ipsi tamen reo ad offendendam  
suam innocentiam juramentū purgatorium maxime  
de jure canonico deferri potest. II. si causa  
civilis sit valde ardua; haec enim aequiparatur  
criminali. III. si pars, cui deferitur non possit  
describi de sensu proprio sed solum alieno. vel  
IV. si sit infamis, quia haec est suspecta de  
perjurio.
37. Qui parti deferendum sit an actori vel reo?  
si illi deferendum, qui simpliciter probavit; quia  
ut ex c. 2. de prob. et l. 3. C. de reb. Cred. satis  
liquet in defectu probationis deferendum esse,  
ac proinde ei, cui probatio incumbit. quod  
si pars illa quae probare debebat, minus quā  
simpliciter probasset, tunc regulariter si nisi  
iudex inspectis personis et causae circumstantiis



aliud statuerit: Res ad ostendendam suam innocen-  
tia deferendum foret c. fin. h. d. Fact. l. i. c. 18.

Demum ad juramentum necessarium refertur juramentum 38.  
in lite, quo aestimatio rei probatur. Defertur hoc  
juramentum solum ob dolum alterius, qui v.g. res suas  
raquirit deterioravit p. ac postea nescitur, quantum  
sibi causatum sit damnum. Hac igitur re ad iudicium  
deducta petet a se iudex, ut iures quanti aestimes re  
sibi ablata vel deteriorata non fuisse; si feceris,  
juramentum in lite depones v. d. d. ff. de in lite.

### Tit. XXV.

## De Exceptionibus.

Exceptio est defensio rei, qua petitione seu intentio-  
nem actoris elidere conatur c. 2. ff. h. d. Exceptio alia  
est dilatoria, alia peremptoria. Dilatoria est, qua  
principale causa et actio non perimit, sed solum  
differt ad tempus; ut si iudex dicatur incompetens,  
si reus conqueatur, se poliatum, si actor dicatur  
excommunicatus p. peremptoria est qua jus actoris  
omnino perimit, ut si excipiat, contractum invalidum  
fuisse, transactione facta esse, solutione vel pra-  
scriptione intervenisse et similia.

sive ob metum sive ob do-  
rum malum c.  
vel stipulatione de non  
petendo.

L. 1. quaedam sunt proponenda dilatoria exceptiones. 1.  
ante litem contestata. Excipiuntur: sunt fori deli-  
natoria, aut quia iudex est incompetens, vel suspectus,  
tunc enim ante omne actum proponi debent, ne alias  
reg in huiusmodi iudicem consentire videatur; si ta-  
men ex post facto probaretur prima tale exceptione  
sibi innohuisse, audiri deberet c. 4. h. d. Excipit II. 2.  
nisi exceptio fiat contra excommunicatum; hoc enim  
semper proponi potest c. 12. h. d. sicut et illae exceptiones



Dilatoria, quo iudicium ad retroacta annullant,  
ut si v.g. excipiatur, quod iudex secularis in causa  
ecclesiastica iudicavit, procurator sine mandato  
egerit C. c. 4. de procur.

4 L. 2. quaedam exceptiones peremptoriae proponuntur  
ante quam post litem contestata P. 8 C. h. r.

5 \* sunt tamen quaedam, quo etiam post sententiam  
opponi possunt; ut exceptio + competentia, quo datur  
donatori contra donatarium, socio contra socium,  
clerico obarato et alijs. Item filij familias conde-  
natiq; ad mutuum solvendum potest se tueri per  
Leg. N. h. Maced.

6 L. 3. An si reus exceptione peremptoria opponat  
ut v.g. se debitum iam solvisse, et in eiq; probatione  
deficiat, hoc ipso causa cadat.

¶ Distinguedu esse, an reus deficiens in excepti-  
one suo probationis velit ex post facto negare  
intentione actoris, vel quoad ius, vel quo ad factum.  
Si quoad ius v.g. dicendo, fecimus quidem contractum, sed  
negamus contractum valuisse, audiendus erit ex t. g.  
ff. h. l. et c. 63 de R. J. in 6. quod si vero ipsum  
factum negare velit, quod iam per exceptionem tacite  
confessus fuit, non aliter audiendus est, quod si de  
errore docuerit, Pan. in c. 6. h. l. n. 26.

7 Porro exceptioni contraria est replicatio, qua actor etia  
dit, vel negat exceptionem Reus, sed contra replicationem  
conceditur Reo duplicatio, quo rursus per triplicationem  
ab actore et haec per quadruplicationem a Reo oppugnari  
potest, et tunc in causa concluditur nec nisi ex gravibus  
motivis partes ulterius audiuntur.

+ Competentia est beneficium vi cuius non in certas  
personas nequit fieri executio ultra id, quod dare vel  
facere possunt, deducta congrua sustentatione.



## De Præscriptionibus.

Præscriptio est acquisitio <sup>si, 7</sup> Dominij, vel alieni juris peremptio per continuationem possessionis tempore et modo à LL. definita.

7 De præscriptione in genere ejus definitione C.

olim erant varia inter præscriptionem et usucapionem differentia, hodie omnes sublata sunt. Porro hic modus loquendi notandus est; dum enim præscriptione acquisitum est jus novum adversus alterum, accusativo utimur v.g. hanc rem præscripsi, quod si præscribendo extinctum est jus alterius, dativo utimur v.g. obligationi, actioni C. præscripsi.

Q. 1. quis finis introducta præscriptionis? R. utilitas publica, ne scilicet incerta semper sint rerum dominia et possessores in perpetuo timore amittendi rerum suas <sup>versentur</sup> et usuc. Nam ut præcidantur lites circa rerum dominia C. 1. ff. de usurp. et usuc. l. ult. ff. pro suo.

Equidem regula est, quod nemo debeat locupletari cum damno alterius; at hæc intelligenda est de locupletatione injusta, non autem de ea, qua fit legis auctoritate ex justa et publica causa.

Q. 2. quis sit effectus præscriptionis? R. est acquisitio irrevocabilis dominij rei præscriptæ C. 4. C. de præsc. 30 ann. adeo, ut si quis rem præscriptam Domino pristino per errorem restituit, putans se ad id obligatum, possit ea rursus vindicare l. 1. ff. et C. de condic. ind.

Q. 3. an is effectus etiam in foro interno locum habeat? R. aff. quia lex dicitur dominia rerum, quas potest ex justa causa uni adimere, et in alterum transferre, sicuti eas possunt privati in privatas transferre.



per pacta c. i. dist. 8. Lex autē iusta in foro ex-  
terno est etiā iusta in interno. Et certē s. s.  
Canones nunquā prescriptionis legem approbassent,  
si effectus eorū conscientia repugnaret.

Dices 1. Lex prescriptionis introducta est in poena  
negligentia: ergo ubi nulla negligentia in consci-  
entia, ibi prescriptio locū habere nequit. R. Dist.  
ant. introducta est in poena negligentia secundario  
C. primario N. A. primario quippe inducta est ob  
lines supra recensitos. Dices 2. Imperator  
vocat prescriptionē impiū praesidium: q. d. s. eum  
loqui de prescriptione, qua improbi homines contra  
Ecclesias abutebantur.

## § II.

De requisitis ad prescriptionem in specie  
et de habilitate rei ad prescribendum.

5 Nota 4. conditiones ad prescriptionem requiri. 1. ut sit  
res apta prescribi. 2. bona fides. 3. iustus titulus.  
4. possessio legitimo tempore continuata. De his capit  
Legg. Versus.

Sit res apta, fides bona, sit titulus quoque iustus  
possideas iuste, completo tempore legis.

6 Q. itaque, quana res apta sint prescribi? R. omnes,  
nisi prohibeantur. Prohibentur autē I. res sacra,  
res publicis usibus deputata, et similes quae in  
dominio privatorum esse nequeunt l. g. ff. de usurp.  
et usuc. his annumerantur iura spiritualia respectu  
laicorum, quia haec ab eis possideri nequeunt c. 7. h. t.

7 II. obedientia universim: ut scilicet quis nulli v. g. pres-  
cato sit subjectus: nunquā prescribi potest c. 12. et ibi

8 h. t. III. prohibentur prescribi limites seu termini



Dioecesi et Parochiarum; ne scilicet confusio inter  
prelatos et subditos oriatur c. 4. de parochijs. po-  
lest tamen terra illa, ubi times positus est, prescribi,  
Barb. ind. c. 4.

IV. In rebus et actibus mera facultatis, seu qui pro arbitrio fieri vel omitti possunt, non procedit prescriptio DD. ad l. 2. ff. de via publica: Hinc et si quis domum suam hactenus nunquam alius edificaverit, non tamen contra ipsum prescriptum erit, quin id amplius facere nequeat, nisi semel edificare volente vicinus prohibuerit, et ille acquiescat; quia hunc vicinum in quasi possessione constituitur.

V. Pignus aut res hypothecata prescribi nequeunt l. 1. § 1. C. de annal. except. Ratio, quia talia nomine alieno possidentur, atque alieno nomine possidens non prescribit.

VI. Res quae alienari, regulariter etiam usucapi prohibentur arg. l. 28. ff. de v. s. Ratio, quia in ijs deficit iustus titulus concurruntque error juris, qui non prodest ad usucapione. Huc pertinent res dotales l. 16. ff. de fundo dot. res pupillares, et res fidei commissi subiectae, seu testamento alienari prohibita. Verum tam res pupillares per l. fin. C. in quibus causa rest. in integ. quae res fidei commissi subiectae per l. fin. § 3. C. Communia de legat. solum longo tempore prescribi prohibentur; hinc cessant DD. prescriptione longissimi temporis non excludi.

VII. Res furtiva vel vi possessa neque ab eo, qui eas a se ipsis bona fide emit, usucapi possunt, nisi vitio furti aut violentiae purgata fuerint. purgatur autem vel per lapsu 30 annorum, vel si denuo in manus Domini reversa fuerint. hinc vides, quod prescriptio triennalis rerum mobilium raro procedat.



§ III.  
De bona fide.

12. Bona fides est sincera rei alienae ignorantia.  
De jure civili ad praescriptionem longissimi temporis non desiderabatur bona fides; ad hunc juri in hoc derogatum est per II. Canones c. 5. 17 et fin. h. 8. ubi ad praescriptionem tam inchoandam, quam continuandam bona fides requiritur.
13. Q. 1. An si quis credat rem esse Titij, quam possidet quae tamen est Cajj, saltem quoad Cajum respectu cuius est in bona fide, praescribere possit? R. negative. Ratio, quia in tali casu revera subest mala fides, ac conscientia peccaminosa.
14. Q. 2. An et quale dubium obstat bona fidei?  
R. 1. Dubium speculative: Dub scilicet quis in genere dubitat an res, quam possidet vel vult possidere, sit sua an aliena; probabiliter non obstat bona fidei. Ratio, quia alias vix procederet praescriptio, cum vix quis scire possit, an res quoad verum dominium sit tradentis; alioqui frustra exigenterentur cautiones de evictione, si nulla foret ambigendi ratio.  
R. 2. cu dubio pratico: Dub scilicet quis hic et nunc dubitat an possit licite rem retinere; nequit inchoari praescriptio. Ratio, quia qui sic ea inchoat se exponit periculo injustitiae, adeoque jam est aliquo modo in mala fide. Dixi nequit inchoari, nam si dubium praescriptioni bona fide cepto primò supervenerit, ea non interrumpatur; modo possessor morale diligentia adhibeat veritatis cognoscenda; quae si deprehendere non poterit, deponat dubium pratico ope illius regulae: in dubio melior est conditio possidentis. Vid. Lay. c. 5. Tr. 1. c. 8. n. 10.



116  
Q. 3. An error vel ignorantia juris obstat prescrip- 15  
tioni? R. 1. ~~negative~~ Error juris dubij non obstat,  
quia jus dubium ius non est. R. 2. error tamen  
juris clari obstat prescriptioni longi temporis l. 4  
et 7 ff. de jur. et facti ign. unde errans in iure  
constituitur in mala fide falte ficta. Dixi  
longi temporis, ad prescriptionem longissimi temporis  
non impediri per ignorantiam juris certi docent  
multi, quia in hac inquirunt ne quidem titulum  
requirunt jura, imo jus civile ne quidem bonam  
fidem, jus vero canonicum non correxit jus civile  
quoad fidem juridicam mala, sed solum quoad Theo-  
logiam mala. Contrarium quidem sentit ~~author~~  
Engel huc; ab inique efficaciter.

Q. 4. Antecessoris nocet successori in bona 16 7 mala  
fide existenti.

R. 1. Mala fides <sup>"antecessoris"</sup> juxta ius antiquum non obstat suc-  
cessori singulari, ei scilicet qui ex titulo singulari,  
puta emptionis, donationis &c. rem ab altero conse-  
quitur, non obstat, inquit, quin is possit a se pre-  
scriptionem incipere l. 4. pr. ff. de dis. temp. prescrip.

Dixi juxta ius antiquum, nam jure Novellarum  
auth. mala fidei c. de presc. lon. temp. aliter sta-  
tutum est; at cum hac auth. sit juris correctoria,  
ac proinde stricta interpretationis; hinc non pro-  
cedit I si res sciente Domino alienata fuerit,  
usque intra ordinariam prescriptionis tempus novum  
possessorem non convenerit d. auth. II si ante-  
cessor non fuit in fide Theologica sed solum juri-  
dica mala. III si agatur de prescriptione contra  
hypothecam seu ad hypothecam extinguendam. Ratio  
quia d. auth. solum de prescriptione domini loquitur.



IV. Demum non procedit in prescriptione longissimi temporis  
lex 30. Ann. d. auth.

Q. 2. Mala fides antecessoris nocet successori universali  
seu heredi, qui in universo jus defuncti succedit, ita  
ut iste neq. prescriptionem ordinariam seu longi temporis  
a sua possessione incipere possit. Ratio, quia haeres  
fictione juris censetur una persona cu defuncto, l. ii.  
C. de acquir. poss. et sic fidem habet iuridicè mala.  
~~Auth. Engel~~ censet id etià dicendum de prescriptione  
longissimi temporis, sed ei non assentior ob rationem  
n. 15 allatam.

17 Q. 5. An etià mala fides procuratoris, prolati, tu-  
loris noceat Domino, Ecclesia, pupillo habentibq. bona  
fidem? R. negative per t. 198. ff. de R. J.

18 Q. 6. an scientia juris alieni obstat prescriptioni  
actionum et obligationum: v.g. Titius antea 30. annos  
a Caio centum accepit mutuos absq. determinatione  
certi temporis, et quia nunquam intra hoc tempus a  
Caio fuit interpellatq. queritur, in qua, an talis  
vi prescriptionis sit ex mutuo in conscientia liber.  
R. negative, saltem circa obligationes, quae sunt ad  
agendum. Ratio, quia nulla prescriptio cum mala  
fide, quae peccatum sit, est concedenda c. fin. h. t.  
Praeterea vel debitor, qui sit sua obligatione, et  
jus alteriq. habuit animu solvendi v.g. mutuum  
vel non? si non habuit, utiq. non fuit in bona fi-  
de; si habuit nunquam fuit in possessione libertatis  
a solvendo mutuo, et sic prescribere non potuit, sive  
ob defectu bonae fidei, sive ob defectu possessionis.  
Dices. q. servitute rustica, in actione poenali, in  
actione quanti minoris q. prescriptio ex scien-  
tia juris alieni non interimitur; qd idem conclu-  
dendum est in omnibq. obligationibq. et actionibq.



117  
personalibz. R. N. C. alia enim est ratio, cur in  
pronominalis juribz non obstante scientia currat  
prescriptio; nam in servitute rustica et actione  
penali non est aliqua faciendi sed merè patendi  
obligatio; unde qui scit à se deberi servitutem  
vel poena, scit etià à se non debere praestari  
nisi exigatur, nullq enim se ipsu punire, vel  
servitutem sibi ultro imponere tenetur.

Porro actio quanti minoris et si qua sint similes  
potiq à jure extinguuntur, qua lapsu temporis.  
prescribuntur; neq etià aliter extinguuntur  
quam pro foro externo, in interno enim rema-  
net obligatio omne damnu resarciendi.

Q. 7. Quid dicendum de actionibz noxalibus et reli. 19  
quis ex facto alieno competentibus, quales sunt illae,  
qua dantur contra inhabitatorem domus ob damnu cau-  
satum à domesticis in ejiciendis vel effundendis rebz  
super transeuntes? R. eas etià cum scientia pro-  
scribi posse; quia poenalibz accensentur, quarum  
non est obligatio in conscientia ante sententia judicis  
Lay. l. 3. §. 3. p. 1. c. 6. n. 2. Molina disp. 713.

Q. 8. An contra actione hypothecaria à tertio possef. 20  
sore prescribi possit, licet is per decursu possessionis sci-  
verit rem hypothecata? R. del Lay. l. 3. §. 1.  
c. 8. n. 12. id probabiliter affirmari posse, quia  
hic tertius possessor ex sua persona non tenetur  
ad aliquid faciendū seu praestandum creditori, sed  
solum ad patiendum, si res fuerit ab ipso per  
actionem advocata.

Dices cum D. Rath. ex hoc sequi ipsu etià  
debitorem principalem posse quoad actione hypo-  
thecaria prescribere, quia quoad onus hypoteca



omnium possessorum par est onus et obligatio. *Q. N. leg.* quia ille tertius non contraxit cum credito-  
re, nec ei se obligavit ad aliquid praestandum, at  
ipse se positive obligavit, quod vel debitum solvere  
vel hypothecam in sortitu cedere velit, proinde huius  
obligatio in faciendo consistit.

21. *Q. g.* An haeres legatum praescribere possit, si lega-  
tarius intra legitimam tempus rem legatam petere neg-  
lexerit? *R.* Sententia affirmativa esse com-  
munior. Ratio est; quia cum legatarius legatum  
pro libitu repudiare valeat, ex 30 v. g. annorum  
silentio illud repudiasse praesumitur; secus tamen  
dicendum, si legatarius legatum sibi relictum ignorasset.  
quomodo enim haeres bona fide praesumeret legata-  
rii legatum non petendo repudiare, cum ignoret,  
quod illud petere valeat.

#### § IV.

### De iusto titulo.

22. Titulus in ordine ad praescribendum est causa ha-  
bilis ad transferendum dominium, ut donatio, emptio  
et similia, quibus si quis tradens sit Dominus,  
transfert dominium, si non sit Dominus saltem  
ius confert ad inchoandam praescriptionem. Unde  
videtur, quod alij tituli, qui dominium non transferunt  
ut commodatum, depositum, locatum, ad usucapionem inha-  
biles sunt. Est autem titulus vel generalis ut  
titulus pro suo et pro soluto, vel specialis, ut emp-  
tio, donatio &c. Dicuntur illi tituli generales  
quia cum his specialibus concurrunt, qui enim pos-  
sides pro empto aut donato, possides pro suo, seu

*permutatio, hereditas  
permutatus*



118  
pro re sua, aut pro re sibi soluta.

Porro tituli generales ordinariè non sufficiunt ad praescriptionem, nisi accedat iusta causa credendi rem suam esse, vel aliquid sibi solutum esse. 23

De titulo pro hereditate nota, quod intelligatur ille, qui rem in massa hereditatis inventa tanquam propria possidet, et hic sufficit ad praescribendum ubi de mala fide defuncti non constat. 24

Imo titulus putativus, <sup>modo ad sit</sup> qui scilicet iustus errore potest videri, etsi non intervenit, sufficit ad praescribendum. Ratio, quia iusta causa suppeditat credendi rem suam esse, adeoque inducit titulum pro suo, vel pro soluto. iustus autem error est qui causatur ex facto alieno scilicet: ex persuasione eius, qui rem mihi tradidit v.g. servi asserentis se eam emisse l. i. ff. pro emptore. an autem semper necessarius sit titulus leg. & dicemus. 25

### § V.

De possessione legitimo tempore continuata.

Possessio est detentio rei cum animo ea sibi habendi. 26

Es. igitur, qui rem detinet tanquam sua possidere dicitur. Est autem possessio alia naturalis, quae est ipsa actualis rei insistentia seu detentio, et alia civilis, quae est illa animus rem possidendi tanquam suam.

Not. II. sine possessione non currere praescriptionem l. i. de R. J. in G. et quidem ad inchoandam praescriptionem utraq; possessio currere debet, sed ad compleendam civilis sufficit, licet possessor naturali exciderit, vel eam ex causa absentia reliquerit, l. i. §. 14 l. G. §. i. ff. de acq. poss. 27



Censetur tamen amissa civilis possessio, si naturali à tertio occupata, prior possessor eam recuperare scientes neglexerit. Vid. Arn. Rath. de usuc. c. 5. ass. 7 et 8. Not. 13. Non opus esse, ut res à prescribente semper personaliter possideatur; quia possessio etiam retinetur per alios, qui principalis nomine rem habent, ut sunt procuratores, servi, conductores, usufructuarij q. l. i. d. s. ff. de acq. poss. Sed jam

28. Q. 1. Quanto tempore quis possidere debeat, ut prescribere possit? A. 1. res mobiles sine titulo 30 annis spatio, cum titulo vero triennio prescribuntur, prin. Inst. de usuc. l. un. C. de usuc. trans. Hanc constitutionem communiter extendunt DD. ad res mobiles ad Ecclesia spectantes ob auth. quas actiones C. de ff. Eccles. Verum aliqui putant, hanc authenticam cum sit civilis circa Ecclesias esse inefficacem, atq; adeo res mobiles saltem pretiosas, quae ad Ecclesias pertinent probabiliter rebus earumdem immobilibus in prescriptione equiparari.

7 cum titulo

29. A. 2. Res immobiles 1. quibus accensentur jura incorporalia, ut jus venandi, servitutes, usufructus et similia 1. prescribuntur 10 annis inter praesentes et 20 inter absentes l. d. C. de pres. longi temp. et haec dicitur longi temporis prescriptio. Dicuntur autem praesentes, qui in eadem provincia habitant: absentes, qui in diversis, sive deinde res in eadem provincia sita sit, sive alibi; quod si quis partim absens fuerit, partim praesens, semper tempus absentia duplicari debet. ita si v. g. praesentia fuerit 8 annis, et absentia 2. ad complenda prescriptione praeter illos 8 adhuc 4 anni requirentur. C. cum longi. 12.



119  
de sancing. et Auth. quod si quis. C. de prescript.  
Longi temp.

Sine titulo res immobiles 30. annorum spatio prescribuntur, nec adhibetur distinctio inter presentes et absentes l. 3. C. de prescript. 30 an. Hac de prescriptione quoad res privatorum. Jam

Q. 2. Quid juris circa res immobiles Ecclesiarum? R. 30.

1. haec de jure communi hodierno prescribuntur 40 annis c. 4. §. h. l. in qua prescriptione titulus non requiritur nisi jus commune resistat prescribenti, vel contra eum presumptio habeatur c. 1. h. l. in 6.

\* Quid vero dicendum si res alicuius privati postmodum spectare incipiat ad Ecclesiam. Vid. Engel hic n. 31.

Q. 2. Contra Ecclesiam Romanam non nisi centenaria prescriptio admittitur c. 13. c. 17. h. l. c. 2. eod. in 6. Idem dicendum, de Ecclesijs exemptis, si de tollendo jure exemptionis agatur. Arg. c. 4. de confirm. utili. Locus si de rebz ad Ecclesia exempta spectantibus. \* simili privilegio centenaria prescriptionis gaudent monasteria ordinis cisterciensis in superiori Germania.

Sexagenario vero prescriptionis privilegium obtinuit Ordo Benedictinus ab Eugenio IV. vide Rath. tr. de usuc. c. 5. ap. 35.

Q. 3. Quid sit immemorialis prescriptio et quando requiratur? R. ad 1. immemorialis prescriptio habetur quando possessio tam diu duravit, ut initium eius hominum memoria excoheret c. 26. de V. s. Est in jure maxima auctoritatis. R. ad 2. eam tunc requiri cum resistencia juris est contra prescribente, neqz is titulum habet c. 1. h. l. Docent Practici eam probari per testes, qui saltem per 40 annos desuntur



de visu vel sensu proprio, et de cetero etiam à suis  
majoribus semper audierint rei statum sic fuisse.  
Mys. Cent. 1. obs. 30.

35. Hic breviter nota, quod contra delicta regulariter praescribitur 20 annis, non ~~tamen~~ <sup>solum</sup> quoad accusationem, sed etiam quoad inquisitionem. Farin. prax. crim. q. 10. n. 3  
Imo accusatio delictorum carnis: (excepto rapto et adulterio cum incestu conjuncto) quinquennio cessat l. 31. ff. ad l. jul. qualiter vero contra fiscum praescribitur vid. Engel hic n. 33.

36. Q. 4. quomodo impediatur coepta praescriptio? R. per dormitionem, vel interruptionem. Dormire dicitur, si legitime inchoata suspendatur ob superveniens impedimentum, sic tamen ut solo subtracto tempore, quo dormivit, procedat donum, ubi cessaverit impedimentum; tale impedimentum est tempus belli, pestis, vel dum Ecclesia suo prelato est viduata. Interrumpitur vero, si ob impedimentum superveniens totum tempus procedens reddatur inutile, ita ut cessante impedimento de novo inchoanda sit.

37. Interrumpitur aut naturaliter, si post eam inchoatam deficiat unum ex requisitis substantialibus v.g. bona fides; aut civiliter, cum solo fictione juris aliquod impedimentum intervenit v.g. dum sit contestatio litis, libelli oblatio, citatio, protestatio coram Notario et testibus. Simplex autem protestatio vel denuntiatio ordinariè nil operatur. Interest autem multum, utrum naturaliter an civiliter praescriptio interrumpatur; nam in naturali interruptione praescriptio penitus perimitur; in civili vero solo impeditur praescriptio



120  
possidentis respectu eius, qui litem movit, unde  
si is non fuerit verus Dominus, et interim contra  
verum Dominum tempus elapsum sit, erit prescriptio  
completa. l. 2. C. quibus res iudicata. aliam adhuc  
differentiam adducit Engel, quem vide.

## Tit. XXVII.

### De sententia & re iudicata.

Præquam ad sententiam deveniatur fit conclusio in causa  
quo est ulteriorum probationum renuntiatio, litibusq; ad de-  
cisionem submissio. Fieri potest vel expresse vel tan-  
cibi, vel absolute vel solum conditionate v.g. si et  
pars adversa conluserit. \* Sed quid si una pars ab-  
solute conluserit, et altera concludere nolit? R.  
iudicem debere certum terminum præfigere, intra quem  
pars altera concludat, et nisi conluserit, tunc causa  
pro conclusa habebitur. Speculator. in §. de renunt.  
et conclus. n. i.

§ i.

### De sententia et eius requisitis.

Sententia alia est definitiva, qua directè terminat  
litem seu causa principalem; alia interlocutoria, quæ  
tantum aliquis articulus incidens et emergens definitur,  
ut si iudex pronuntiet testes non esse idoneos, vel im-  
ponat v.g. reo juramentum &c. \* Differunt hæc duo sen-  
tentia I quod definitiva causa terminat, secus inter-  
locutoria. II. quod sententia definitiva valida semel  
à iudice lata revocari non potest, non interlocutoria.  
III. quod interlocutoria ferri potest sub conditione  
secus definitiva. IV. deniq; quod à definitiva datur appella-  
tio, non ab interlocutoria, nisi contineat damnum irreparabile.



6. In quana sint requisita sententia? §. I. alia esse  
quo solemnitatem juris respiciunt, ut quod sententia  
debeat in scriptis concipi, et ab ipsomet iudice s; nisi  
sit persona illustris: pro tribunali sedente recitari,  
C. i. C. de sentent. ex periculo recit. c. fin. h. t. in 6,  
quod de die et non de nocte, c. 24. de offic. deleg. quod  
in ordinario loco iudicij. C. 5. C. quomodo et quando  
iudex quod die non feriatis. §. 1. de ferijs. Hac  
quidem de iure essentialiter requiruntur, hodie ta-  
men ad consuetudines tribunaliu attendendum est.
7. §. 2. alia esse, qua ordinata causa decisionem  
tangunt, ut 1. sententia debet esse libello conformis  
C. fin. C. de fideicom. libert. Licet tamen quandoq;  
iudici recedere a libello, dummodo id vel equitas vel  
necessitas suadeat. \* 2. debet esse certa ita quide  
ut per eam res debita determinetur, unde non sufficit  
dicere: solve quod debes. §. 1. C. de sent. qua sine  
cert. quant. Non requiritur tamen, ut determinatio  
rei sit specifica, sed satis est, si sit relativa, ut  
si iudex se referens ad libellu dicat: solve summa  
vel expensas ab actore petitas. 3. debet esse  
pura seu absoluta, et non sub conditione lata, C. i.  
§. 5. ff. quando appell. \* Veru id patitur suas limita-  
tiones, et in multis locis recepta est consuetudo  
ut sententia sic concipiatur, nisi actor melius pro-  
baverit intentione sua, qua hucusq; et quidem  
intra unu vel alteru mensem, fiet, quod iuris est.  
§. 1. excomunicatio te nisi intra mensem satisfeceris.
- ii 4. In proferenda sententia iudex etia ratione ha-  
bere debet fructuu et expensaru §. 1. C. de fruct.  
et lit. Nampe iudex debet pronuntiare de fructibus  
post iudicium inchoatu perceptis, licet eo nomine



imploratus non sit, l. 25 §. 5. 8. ff. de adil. edict.  
 l. 40. in princ. ff. de hered. petit. Ratio, quia hi  
 fructus cum re principali, à qua post litem separari <sup>contestata</sup>  
 amplius non potuerunt, in iudicium deducti videntur:  
 de fructibus ante l. c. perceptis, licet possit iudex etiam  
 non imploratus pronuntiare, non tamen tenetur, nisi  
 clausula salutaris fuerit adiecta.

Circa expensas vero regula in praxi recepta est <sup>13</sup>  
 quod solum demerere litigantes in eas condemnentur,  
 quas postea victor iudici exhibere, hinc eas pro bono  
 et aequo taxare solet. Gail. l. i. obs. 151.

V. Demum requiritur ut sententia non sit contra jus <sup>14</sup>  
 constitutionis, i. e. contra leges, statuta, vel con-  
 suetudines loci; \* talis enim sententia est jure <sup>15</sup>  
 nulla, et potest usque ad 30 annos etiam sine appel-  
 latione impugnari. \* Secus vero dicendum de senten- <sup>16</sup>  
 tia, quae sola est contra jus partis; haec enim licet  
 sit iniqua, sustinetur tamen, et nisi condemnatus  
 intra 10 dies appellet, transit in rem iudicatam §. 2. l. 1.  
 ff. quae sententia sine appellat. Sed

l. 2. quid juris si sententia contra lege <sup>17</sup>  
 lata sit? R. eam tunc sustineri, sicut et susti-  
 netur si feratur contra Bullam extravaganteam,  
 de qua dubitatur, an sit usu recepta. Barth. in  
 l. 32. ff. de re jud. n. i. \* Roma tamen sententia <sup>18</sup>  
 contra extravagantea lata pro nulla habetur. Hostius  
 de iurisd. in exempt. p. i. q. 50. à n. 5.

l. 3. An iudex discedere possit ab opinione com- <sup>19</sup>  
 muni DD. R. cum iudex sententiam amplecti debeat  
 probabiliorē, ut ab Innoc. XI definitum, hinc



palam est, eum à comuni opinione recedere non posse  
si tamen comunis opinio claris argumentis convinci possit  
rectè ab ea iudex recederet c. 4 de feriis l. 1. § 2. C. de  
verit. ubi Imperator ait non ex multitudine authorum  
sed quod melius est iudicandum esse.

- 20 Q. 4. An iudex possit condemnare rem secundum pro-  
bata nocentem, quem privata scientia innocente novit?  
R. negative, Ratio, quia est contra jus naturale, ut  
21 innocens condemnetur. & Nec obstant, quod jus  
præcipiat ut iudex procedat secundum allegata, loquitur  
enim de iudice regulariter se habente, cui nempe non  
constat de delicto Rei nisi per probata. de iudice  
vero innocentia rei certo cognoscante 1: qui casus  
est rarissimus: nullibi agunt iura.

- 22 Engel contrarium quidem sentit, ait tamen, iudicem  
debere omni modo adlaborare, ut veritatem publice  
notificet, nempe ut partes faciat in arbitros compo-  
nere, vel si delegatus sit, delegationem superiori re-  
nuntiet, et ipse persona testis agat.

§ 2. Jus

De re iudicata et executione sententia.

Sententia, à qua non appellatur per 10 dies transit  
in rem iudicatum, seu causa ita terminatur, ut  
executioni mandari debeat c. 21. h. l. 56. ff. de re  
jud.

- 23 Q. 1. An in omnibus casibus sententia transeat in re  
iudicatum? R. neg. na I non transit, si fuerit  
lata contra jus constitutionis, ut diximus n. 15.  
24 II. in causa matrimoniali, quia matrimonium legi-  
time contractum per sententiam nulla ratione dissolvi  
potest. III. in causis criminalibus, quandocumque potest



rei innocentia ostendi l. 18. § pen. ff. de 2. q.

IV. Sententia empti, seu à iudice corrupto lata 25  
in rem iudicata non transeunt, l. unanimes 7. C. quando

provocare non est necesse. V. Nec sententia lata  
ex iuramento suppletorio, text. et D.D. in l. admanendi  
31. ff. de iurejur. VI. idem est de sententia lata  
ex falsis instrumentis vel testibz l. d. C. si ex fal-  
sis instrumentis iudicatu sit p. c. ficat. q. de testibz.

VII. Deniqz si iudex ex errore aut falsa causa 26  
vel presumptione proceperit, cumqz error vel pra-  
sumptione in sententia expresserit, talis sententia  
non transit in rem iudicata, sed semper detecta  
veritate revocari potest, per text. et qua ibi  
notant interpretes in l. i. § i. ff. qua sententia  
sine appellatione rescindantur.

L. 2. Quando et quomodo facienda sit executio sen- 27  
tentia. §. ad 1. in actione reali facienda est resti-  
tutio, qua primu sententia transit in rem iudicata  
§ 2. inst. de off. iud. Ratio, quia rem alienam de-

tinere semper est iniquu. In actione <sup>vero</sup> personali de  
iure conceduntur 4 menses l. 2. et 3. C. de usur. rei  
jud. sed id ja pendet ab arbitrio iudicis.

§. ad 2. si reus non satisfaciatur, sic proceditur ad exe- 28

cutionem: res eius mobiles vel oppignoranda, vel  
distrahenda, vel si emptor non inveniatur, ipsi aediori  
pro rata sui debiti adjudicanda sunt. tum si haec non  
sufficiant etia ad immobilia, tande ad jura et nomina  
quibz scil. alij sunt obligati condemnato, deveniendu

l. 15. § 2. ff. de re jud. Executio tamen in stipendia,  
arma, equos militu, et in boves aratorios, aratra  
fieri non debet l. 4. C. de execut. rei jud. et l. 7.



C. qua res pign. oblig. poss. Quod etiam DD. ad li-  
bros Studioforum extendunt.

29 Sed quid si bona condemnati, in quibus executio faci-  
da est in alterius territorio existat? R. is per  
liberas requirendus est a iudice sententia ferente, ut  
eamdem sententiam in suo territorio exequatur, quod  
recusare nequit, nisi velit a parte lisa ad interesse  
conveniri. Barth. in d. l. 15. n. 5. Hac etiam ratione

30 solet iudex ecclesiasticus, si viderit suo gladio spirituali  
nil efficere, invocare brachium seculare pro execu-  
tione sua sententia, ad quod iudex secularis etiam  
per censuras cogi potest c. i. de off. ord. l. 8. c. de

31 Episc. audientia. \* Si tamen sententia ipso iure  
evidenter nulla esset, vel peteretur auxilium pen-  
dente appellatione, iudex secularis parere non de-  
neretur. In dubio autem pro sententia presumendum est

32 Ceterum non facile deneganda est accommodatio fa-  
milia, quo in victoribus aut militibus consistit, quia,  
qui eam prestat, sententia non exequitur, sed solum  
is, qui eam petit; cuius est de valore sua sententia  
iudicare. Ricc. decis. 329.

### Tit. XXVIII.

### De appellationibus, recusationibus et relationibus.

i Cum saepe contingat, ut partes in prima instantia  
graventur, ideo iura nostra dederunt 2<sup>da</sup> instantia  
seu confugium ad Superiorem, sive sub quarela  
nullitatis sententia, sive per via appellationis. De  
nullitate breviter prius agendum, postea de re-  
medio appellationis.



§ 1.  
De nullitate sententia.

Nota 1. Sententia dicitur nulla si careat recensitis 2  
lit. prac. § 1. Adde si sit lata ab incompetente iudice,  
si post lapsu instantia, si post recusatione suspecti  
iudicis; si ad instantia falsi procuratoris, si contra  
rem indefensu, si lata post terminu delegationi pra-  
fixu, si contra priore sententia, qua transiit in rem  
judicata. \* porro de nullitate sententia non solum 13  
opponi potest coram iudice superiore C. eos 6. C. de  
appell. sed etiam coram eo qui sententia tulit \* si 4  
tamen is delegatus sit pronuntiando iam functus est suo of-  
ficio C. 13. de off. deleg. ac proinde delegans adiri debet.

Not. 2. querelam nullitatis proponi posse vel principa- 5  
liter i.e. sine appellatione, vel incidenter, cum appellatione.  
Principaliter proponens querela nullitatis est in  
probatione deficiens, ad remediū appellationis re-  
currere nequit; secus est si ea tantu incidenter  
proponat. \* ceteru siue nullitas principaliter 7  
siue incidenter in iudiciu deducta sit, appella-  
tione deserta nihilominus poterit de nullitate  
opponi. \* atamen nullitas principaliter intentata non 8  
suspendit executionem nisi fuerit notoria C. ult.  
C. si ex fals. instrum. Secus incidenter proposita  
Clem. 1. de sentent. et re jud.

§ 2.

Quid et quod duplex sit appellatio.

Appellatio est ab inferiori ad superiore iudicem 9  
provocatio ratione gravaminis illati vel inferendi.  
Duplex est judicialis et extrajudicialis.



Judicialis fit à Sententia definitiva vel interlocutoria  
Extrajudicialis vero ab actibus extrajudicialibus, quibus  
quis gravatur, ut dum quis incarceratur, vel timet sibi  
ab incarceratione, vel dum quis se opponit presentationi  
electioni, collationi beneficii. Potest autem provocatio  
contra gravamen in electione opponi vel per viam appel-  
lationis intra decennium, vel per viam accusationis, ut cuius  
post decennium adhuc locum est impugnationi, c. 46 h.  
10. \* Ceterum differat appellatio judicialis ab extrajudi-  
ciali, quod hac non suspendat executionem; nisi  
causa rationabiles expresse à superiore admittan-  
tur c. 45. h. t.

11. Q. Quomodo differat appellatio qua fit à definitiva  
ab ea, qua fit ab interlocutoria? R. I. appel-  
latio à definitiva mox fieri potest viva voce; ab  
interlocutoria vero non nisi in scriptis c. 1. h. t. in 6.  
II. In appellatione à definitiva nisi appellatio  
sit prohibita causa gravaminis omitti possunt,  
sufficiens dicere: appello; secus in appellatione  
ab interlocutoria c. 1. h. t. in 6. III. appellatio à  
definitiva ex novis probationibus justificari potest  
c. 4. c. de temp. appell. ab appellatio ab interlocuto-  
ria non nisi ex causis antiquis et in appellatione  
12. expressis justificatur Clem. 5. h. t. IV. appella-  
tio à definitiva habet 2. principales effectus, nempe  
suspensivum, quo mox ligantur manus iudicis, à quo  
eiusque executio impeditur, et effectus devolutivum,  
quo tota causa ad superiorem devolvitur, ita ut  
is in causa principali, et accessorius eius iudi-  
13. care possit. \* ab vero appellatio ab interlocutoria  
habet quidem in primis etiam effectum suspensivum



124  
sed attentata interim facta non aliter revocantur,  
nisi appellans causa gravaminis in appellatione ex-  
pressa probant. c. 7. h. t. in 6.

Nota 1. Circa effectum devolutivum ex Myns. Cent. 4 14  
off. 46. Gail. i. off. 131. quod appellatio ab interlocu-  
toria ipsa causa principalem ad superiorem devolvat,  
si nempe constiterit, bene appellatum esse, ne gravi-  
tus ad gravante remittatur c. 59. in fin. h. t. si vero  
constiterit, male appellatum esse, causa principalis  
tunc solum devolvetur, si iudex a quo appellationi  
debuit; quia per eam delationem jurisdictionem  
a se abdicavit c. 5. h. t. in 6.

Nota 2. Licet olim de jure Can. a qualibet inter- 15  
locutoria appellare licitum fuerit c. 11. 12. h. t. id  
tamen per Trid. sess. 13 de ref. c. 1. correctum est  
ita ut sicut de jure civili ab interlocutoria non  
possit appellari, nisi vim definitiva habeat, vel  
eius gravamen reparari nequeat. Sed in praxi  
Trid. non servatur.

### § 3.

Quando concedenda vel deneganda appellatio.

Not. 1. Iudicem regulariter teneri omni appellationi 16  
deferre, nisi sit notorie frivolus c. 5. h. t. in 6.  
vel a jure vetita, ita ut in dubio etiam admitti  
debeat; est enim appellatio species defensionis  
ab ipso jure natura omnibus concessa. Vall. h. t. n. 7.

Not. 2. Non solumi condemnatum, sed etiam 17  
lectum, si sua interfit, appellare posse. Sic  
Doming pro subdito, Abbas pro Monacho,



18 Maritus pro uxore in bonis tam + receptitijs, qua  
paraphernalibz. \* Non tamen uxor pro marito,  
quia viros per uxores defendi non oportet l. 4. c. de  
procur. filius tamen pro patre et vicissim ad-  
mittuntur l. 12. c. de procur. et alibi.

19 L. quina sicut casus, in quibz iura denegant ap-  
pellatione? §. I. à summis Principibz, ut à  
20 Papa, Imperatore, usqz qui superiore non cog-  
noscent, appellari nequit. \* hoc privilegium hodie  
adferibitur Regibz, licet Romano Imperio subditi  
21. sicut Bald. in l. unica ff. de off. pref. pref. \* Et  
electoribz §. A. I. juxta aurea Bulla Caroli IV.  
tit. non des. Esurfürsten forj. seit.

22 Verum etsi appellatio à summis Principibz non  
concedatur, potest tamen causa non solum titulo  
nubilitatis, sed etiam ope supplicationis, aut revisio-

23 nis denuo ab ijs reassumi. \* Circa supplicatione  
nota, quod ea principi facta usqz ad biennium ad-

24 minatur. \* at tamen regulariter non suspendit  
executione, auth. quo supplicatio c. de precibz imp.

25. Ceterum usus supplicandi videtur ab imperio recessisse,  
et revisione ei substituta esse; est autem re-  
visio remedium extraordinarium, quo petitur, ut  
sententia, à qua appellare non licet, una cum actis  
revideatur, et si reperiatur iniqua, reformetur.  
In ea unico solum scripto exponenda sunt grava-  
mina, nihilqz novi in eo addendum, quod in actis

+ Receptitia dos est, quae is qui dedit, soluto ma-  
trimonio sibi reddi stipulatus est. Paraphernalia  
verò bona sunt res uxoris extra dotem constituta.



125  
prioribus non continebatur: item à petente  
revisione deponi debet certa pecunia summa,  
quæ recipit, si apud revisores causa obtineat,  
amittit, si ~~causa cadat~~ <sup>causa cadat</sup>; interim tamen suspendi-  
tur executio sententiæ. V. ordin. Camera p.  
3. l. 53.

II. In causa Criminali, cuius pœna est corporis 26  
afflictiva, et si de jure comuni appellatio admil-  
latur C. 6. ff. h. t. Secus tamen est de inveterata  
solius Germaniæ consuetudine. \* Excipe nisi 27  
reus nullitatem processus allegaret. Mynd. Cent.  
4. off. 42. \* sed quid si Religiosus delin- 28  
quat, poteritne is à suo abbate appellare ad  
Episcopum? R. Neg. \* nisi abbas in puniendo 29  
modum in Regula et statutis prescriptum excederet.  
c. 3. et 26. h. t.

III. Ab executione sententiæ, quæ in rem judi- 30  
cata transit, appellari nequit C. 4. ff. h. t.  
si tamen alicui competat exceptio competentis,  
compensationis, vel in exequendo modus exce-  
datur, v. g. prius imobilia, quàm mobilia distra-  
hendo, tunc contra talem executores rectè  
appellabitur.

IV. In causa per pactum, puta per transactionem, per 31  
arbitrum, per juramentum voluntarium decisam non admittitur  
appellatio C. 16. C. trans. C. 5. ff. de iurej. C. 27. ff. de  
receptis.

V. A sententiâ in contumacem lata non appellatur, 32  
appellatio enim solum gravato, non vero iudicem  
contemnentem datur. C. 22. § fin. h. t.

VI. In rebus modicis de jure civili non datur appella- 33  
tio, secus tamen in jure Canonico c. 11. h. t.



34 VII. In causis quo dilacione non patiuntur non  
admittitur appellatio, saltem quoad effectum suspensivum  
ut si agatur super futuris alimentis, si iubeatur  
testamentum aperiri &c.

35 VIII. In causa à summo Principe delegata cum  
haec clausula: appellatione remota appellari nequit.  
Sed q. an haec clausula solum de omni appellatio-  
ne, etsi non frivola intelligenda sit? Videtur  
id asserendum ex c. 53 h.t. Verum Engel docet,  
quod appellans si iustas habeat causas gravaminis  
adhuc audiendus sit; quia appellatio est species  
defensionis, consequenter iuris naturalis, quod  
Principes tollere nequeunt, vel saltem non intendunt.

36 IX. In notorijs non admittitur appellatio, quia si  
v.g. debitum, ad quod solvendum quis condemnatur,  
sit notorium, tunc appellatio solum ad differendam

37 litem interponitur c. 5. 13. 14 h.t. X. similiter  
censetur appellatio frivola, si interponatur  
ab eo, quod iudex secundum clarum iuris textum  
definivit e.g. si Episcopus iusserit clericum  
in suo beneficio residere, c. 4. de cler. non resid.

38 XI. A sententia quo fertur in possessorio  
momentaneo si de quo l. 2. §. 12. n. 5. /  
non recte appellatur l. un. c. si de momenta-  
nea poss. Ratio, quia eius gravamen per  
iudicium ordinariu reparari potest.

XII. Demum fatalia seu tempora appellationi  
praefixa, si elapsa fuerint, tollunt appella-  
tionis beneficium, de quibus sit



§ 4.

De fatalibus appellationis.

Fatalia seu tempora appellationis sunt quadruplicia 39  
 Scilicet: Interponenda appellationis, petendi apostolos,  
 presentanda, et proseguenda appellationis. Fatalia  
 interponenda appellationis hodie sunt 10 dies c. 15  
 de sent. et rejud. \* Computatur hoc decendium 40  
 ab hora lata sententia; vel si condemnatus  
 ignoravit sententiam latam, à tempore scientia.  
 Est enim decendium ab initio utile, et ignoran-  
 ti non currit, postea vero fit continuum, adeo  
 ut etiam ferijs currat. \* si tamen gravamen, 41.  
 à quo appellatur, sit continuum, et habeat causa  
 permanente, ut cum quis in carcere detinetur,  
 semper quamdiu durat, conceditur appellatio. Vall.  
 h. § 7. n. 3.

Sed quid si Dominus absens per Procuratorem ego = 42  
 sit, inq. condemnatus sit? R. Procurator vel cer-  
 tiorabit Dominum de sententia lata, et huic incipiat  
 currere decendium à tempore huius scientia; vel  
 appellabit irrequisito Domino iuxta l. 17. C. de  
 procurat. quia per hanc appellationem non prejudi-  
 cabit Domino, huic enim adhuc liberum manet, an  
 eam appellationem revocare velit l. 28 C. h. l.  
 \* si tamen id utrumq. omiserit Procurator, sen = 43  
 tentia transit in rem iudicatam, contra quem  
 dein Dominus regressus suus habet; at si is  
 solvendo non sit, ex equitate Domino in integrum  
 restitutio conceditur ad novam appellationem  
 proponendam. Gail i. obs. 139. n. 9.



- 44 Apostoli sunt litterae, quas iudex à quo transmittit ad superiorem ad quem appellatum est in fidem appellationis interposita. Alij sunt Dimissorii quibz iudex à quo testificatur de appellatione coram se interposita, et admissa: Alij Reverentiales quibz significatur, quod appellatio non ex iustitia, sed ob reverentiam iudicis ad quem admittatur. Alij Refutatorii, quibz iudex à quo exprimitur causa non admissa à se appellationis. \* nequit tamen is interim ad executionem suae sententiae procedere, donec superior refutatorias approbaverit, l. pen. l. un. ff. nihil innovari appell.
- 45 Tempus petendi hodie apostolos de jure communi sunt 30 dies, à die lata et cognita sententiae, et juxta Clem. 2. h. t. appellans eos debet petere instante, instantius, instantissime. Ceterum tempora petendorum apostolorum non adeo sunt in usu, sed condemnata appellationem iudici à quo per libellum proponit, et iudex curat per Notarium desuper scribi, quod vel admittatur appellatio, vel non admittatur; si admittitur, petuntur acta cum apostolis ad superiorem iudicem transmittenda; si non admittitur, et tamen pars se sentit gravata, poterit simpliciter adire superiorem, eidemq; proponere appellationem admissam non esse; qui dein petit informationem quare iudex appellationem non admisit, simulq; inhibet, ne sententia exequatur.
- 47 Porro fatale seu tempus presentanda appellationis coram iudice ad quem de jure parte canonico determinatum non est, sed videtur



127  
judicis arbitrio eiq. Determinatio relinqui c. 4. h. l.  
hodie in Camera Imperiali est 6. mensiu. Ord.  
Cam. p. 2. l. 30.

Deniq. fatale seu tempus prosequenda et fini- 48  
enda appellationis est unus annus, et ex causa  
evidenti bienniu. Clem. 3. h. l. id tamen  
hodie in Tribunalibus non attenditur. \* Nota, 49  
quod appellatio non solum habeatur pro deserta  
si appellans tempus interponenda et presentanda  
non observavit, sed etiam si aliquis actum  
appellationi contrarium egerit v. g. deferendo  
parti adversa juramentu, vel ea spoliando q.  
et si protestaretur, se non facere animo deferendi  
appellatione, quia talis protestatio esset actui  
contraria et nihil relevaret c. 54. h. l. \* Porro 50  
si appellatio superiori jam presentata sit, nec  
tamen continuata, ea deserta esse superior  
pronuntiabit. at si necdu esset presentata  
judiciu de desertione ad judicem spectat; fatiq. + inferiorem  
tamen is ager, si absq. sententia mox ad  
executione progredietur. v. Marant. h. l. n. 200.

### § 5. De recusationibus et relationibus.

Not. 1. Recusatio est judicis suspecti ex 51.  
justa causa declinatio; quana vero in specie  
sint justa suspicionis cause, arbitrio prudentis  
viri relinquendu censet Panorm. in c. 61. n.  
7. h. l.

Not. 2. De jure civili judicem delegatum 52.



recusari posse, secus ordinariū autē si vero.  
C. De jud. et de jure canonico uterq; recusari po-  
test c. 4. de foro comp. c. 61. h. l.

53 Not. 3. quod exceptio suspitionis ante omnem  
actum judiciale proponi debeat, ut dixim §. 24. n. 2.

54 Not. 4. quod vi c. 2. h. l. articulo suspitionis  
per arbitros comuniter à partib; electos termi-  
nandq; sit, qui si intra tempus, quod eis pro-  
fixit iudex recusatq;, illum articulum non de-  
ciderint, in causa procedet iudex.

55 Not. 5. quod à sententia horū arbitrorū debet  
appellatio ad superiore iudicis recusati. Ratio,  
quia isti arbitri sunt necessarij seu juris.  
Vid. c. 7. §. 43. n. 7.

56 Not. 6. si arbitri pronuntiant iudice esse  
suspectum, tunc nisi partes pro decidenda  
causa principali de novo in arbitros voluntarios  
compromittant, causa ad superiore recusati  
deferenda erit, vel eū consensu partis recu-  
santis per ipsū recusatum, si ordinarij sit,  
alteri delegabitur d. c. 61. h. l.

57 Not. 7. per recusationē propositā si nisi mani-  
feste frivola fuerit suspenditur jurisdictio  
recusati, eiq; gesta, ut comuniq; docent, sunt  
ipso jure nulla; probabile tamen est, quod  
valor eiq; gestorū dependeat ex futuro  
eventu admisso vel non admisso recusatio-  
nis. Panor. in d. c. 61. n. 12.

58 Q. jam, quid sit relatio? R. est consultatio  
ad principem facta à iudice dubitante



125  
quid in causa statuere debeat. Hac relatio ob  
nimiam litium protractionem hodie est abro-  
gata per auth. Novo. jure C. de relat.

### Tit. XXIX.

#### De Clericis peregrinantibus.

In hoc tit. nihil aliud traditur, quod quod peregrina-  
tio seu arreptio itineris ad sedem apostolicam  
si intra decennium fiat, habeat vim appellationis  
ad Papam, consequenter sicut post interpositam  
appellationem omnia in suo statu manere debent,  
ita etiam post arreptionem talis itineris. Unde  
quidquid post hoc iter susceptum peregrinanti per  
iudicem ablatum, vel in eius prejudicium mutatum  
fuerit, tanquam contra justitiam ablatum restitui,  
et revocari debet. c. un. h. l.

### Tit. XXX.

#### De confirmatione utili vel inutili.

Solent aliquando partes superiorem adire, ab eorum con-  
tractu, collationu beneficiatu, sententiaru aut privile-  
giorum confirmationem impetrare. Quod si igitur im- 1.  
petrans omnia et singula rite et recte narraverit,  
atque superior confirmationem conceperit, dicitur con-  
firmatio utilis: si vero per falsa narrata, vel  
celata veritate e.g. confirmatio rei litigiosa aut  
alterius, que ordinarie concedi non solet, ex practi-  
cata sit, dicitur confirmatio inutilis. c. i. et seq. h. l.  
Q. quis sit effectus confirmationis? R. is est 2.  
principuus, quod si jus alicuius pacifice possessum  
utiliter sit confirmatum, et ex post facto de super tis  
oriatur, cognitio huius cause ad solum ipsu confirmante



pertineat c. i. et 2 h. b. nisi confirmatio fuerit subreptitia, vel lis super novo emergente, quod ab actu confirmato separatum sit, moveatur, v. g. si possessor beneficii confirmati novum crimen committat, super quo coram ordinario accusetur.

3 Not. 1. quod d. c. i. et 2 probabiliter procedant de confirmatione † in forma communi, et ex certa scientia, Barb. in coll. ad d. c. i. n. i.

4 Not. 2. quod confirmatio etiam utilis nullum novum jus tribuat, sed solum antiquum, quod fuit, confirmat. Imo innovatio instrumenti auctoritate superioris non tamen ex eiq. certa scientia facta, ne quidem inducit confirmationem, sed solum conservat privilegium, si quod competebat.

5 Nota tamen 3, quod etiam confirmatio novum jus tribuat, si nimirum actus, qui erat nullus ex defectu solemnitatis juris positivi per superiorem ex certa scientia, maxime cum clausula: supplentes omnem defectum q. confirmetur. Gail. l. a. n. 16. Quando autem dicatur confirmatio ex certa scientia, et an sufficiat sola haec clausula, vel insuper requiratur, ut solus tenor instrumenti confirmationi inseratur, diversas D. D. opiniones refert Barb. in d. c. 4. n. 17. ita Gare. de benef. p. 5. c. 2. n. 25. ubi conciliant, argatur ad tollendam nullitatem actus, et sufficit

† Confirmatio in forma communi fit, dum superior vel nullam vel non perfectam praevia cognitione confirmat actum in eo statu in quo fuerat prius. In forma vero speciali seu ex certa scientia, quando superior cognitam plenam causam confirmat actum.



sola clausula, si nullitate scivis verisimiliter  
Princeps: vel agatur ad excludendu vitium sub-  
reptionis, aut defectu intentionis, et requiritur  
infectio tenoris.

Finis II. Libri.

firmis  
reque  
109. si  
m  
lig  
el ex  
n-1.  
ubili  
quod  
ulterior  
ia fact  
tota con  
firmis  
rat  
Superior  
supple  
L. a n-10  
n-10  
requirit  
i infectio  
s. in d. 10  
ubi con  
L. a n-10  
i fid  
aria con  
in qua  
certa  
mal



